...TRICA

...OETARUM LATINORUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

SCRIPSIT

August

AUGUSTUS DEPPE

BLOMBERGENSIS.

GOTTINGAE,

EX OFFICINA ACADEMICA ...

MDCC...

CONRADO DEPPE

ET

WILHELMO DEPPE,

PATRI ET PATRUO.

Tres sunt veterum linguae, quae praecipue discuntur in scholis, Latina Graeca Hebraica; idque jure, nam optima scripta prosae et versae orationis illae gentes nobis reliquerunt: itaque, quum scholis Henr. Ewaldi de psalmis, scholis Ern. Ludov. de Leutschii de re metrica et arte poetarum Graecorum, scholis Herm. Sauppii de Aeschyli Persis interessem, in mentem mihi venit, Latinorum poetarum rem metricam facere argumentum hujus dissertationis, quae eo minores difficultates habebit, quod Romani artem didicerunt a Graecis (Horat. de Art. poet. 268. 269.) et vix aliquid novi addiderunt.

Caput Primum.

§ 1. Omne poema *versibus* constat, versus *pedibus*, pes *syllabis*. — *Ποίημα*, *στίχοι*, *πόδες*, *συλλαβαί*.


Horat. Epist. II, 1, 126—139.

„Os tenerum pueri balbumque poeta figurat,
Torquet ab obscoenis jam nunc sermonibus aurem;
Mox etiam pectus praeceptis format amicis,
Asperitatis et invidiae corrector et irae,
Recte facta refert; orientia tempora notis
Instruit exemplis; inopem solatur et aegrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret unde preces, vatem ni Musa dedisset?
Poscit opem chorus et praesentia numina sentit,
Coelestes implorat aquas docta prece blandus,
Avertit morbos, metuenda pericula pellit,
Impetrat et pacem et locupletem frugibus annum.
Carmine di superi placantur, carmine Manes.“

A. De Syllabis.

§ 2. Numerus syllabarum et quantitas fundamenta sunt rei metricae; itaque principio de syllabis, quantum est necessarium, dicam. Sunt autem syllabae aut *longae* (*σ. μακραί*) aut *breves* (*σ. βραχεῖαι*). Longa fit natura, si vocalis est producta, aut positione, si vocalem duae consonantes sive tres sequuntur. Litera muta et liquida

efficiunt syllabam *ancipitem* (*σ. κοινήν*), quae arbitrio poetae tum est longa tum brevis. — *Syllaba longa ambitum duarum brevium habet:* haec est metricis lex prima. — R. Westphal, Allgem. Griech. Metr. p. 286 hanc rem explicat sic: (scilic. voc. long. —, brevis ⏑, consonans |,)



syll. longa s. anceps s. brevis

§ 3. Carminum recitatione (*λέξις*) vel cantu (*μέλος*) quaeque syllabarum, quisque pedum et versuum certum temporis spatium implet; *tempus syllabae brevis mora appellatur.* — „*Νοητέον δὲ δύο τινὰς φύσεις ταύτας τήν τε τοῦ ῥυθμοῦ καὶ τὴν τοῦ ῥυθμιζομένου.*" Aristoxenus p. 28, 13. Rud. Westphal, Fragm. d. gr. Rhythm. — *Syllaba longa duas tenet moras.*

Signum brevis ⏑ ,
„ longae — ,
et (— = ⏑ ⏑).

§ 4. Musici plures divisiones temporum habebant quam metrici; accipiebant enim syllabam longam in tempus duplex (*χρόνος δίσημος*), in tempus sescuplex (*χρ. ἄλογος*), in tempus triplex (*χρ. τρίσημος*), in tempus quadruplex (*χρ. τετράσημος*); complectebantur autem syllabam brevem tempore simplici vel mora (*χρόνος*), atque demum dimidio temporis (*ἥμισυ χρόνου*). Itaque Mar. Victorinus (I, 8, 3 Gaisford) non solum syllabas longas et breves, sed etiam longis longiores et breviores brevibus commemorat, quibus Bacchius (p. 66, 27 West.) brevi longiorem (*ἄλογος*)) adjicit. Attamen linguae natura metricis illae duae syllabarum divisiones sufficiebant, quamvis apud

musicos per *κίνησιν* et *μέλος* hae temporum partitiones sex poscerentur.

Apud Metricos	Apud Rhythmicos			Apud Musicos nostros
Syll. longa — duae mor.	S. longa longior	⊔	*χρόνος τετράσημος*	𝅝 4/4 Note
		⊔	*χρ. τρίσημος*	𝅗𝅥. 3/4 »
	S. longa	—	*χρ. δίσημος*	𝅗𝅥 2/4 »
	S. longa brevior		*χρ. ἄλογος*	♩. 3/8 »
Syll. brevis ⏑ mora	S. brevis	⏑	*χρόνος*	♩ 1/4 »
	S. brevi brevior		*ἥμισυ χρόνου*	♪ 1/8 »

§ 5. Aristoxeni *Χρόνος πρῶτος.* — A) Philosophi ratione Aristóxenus de rhythmo agit dicens: „*Καλείσθω δὲ πρῶτος μὲν τῶν χρόνων ὁ ὑπὸ μηδενὸς τῶν ῥυθμιζομένων δυνατὸς ὢν διαιρεθῆναι*“ p. 31, 5 West. Aristides indiligentius *τὸν πρῶτον χρόνον* appellat *σημεῖον* (p. 49, 5 West.); nam *σημεῖον* est *χρόνος ποδός*, qui per *ἀγωγήν* tum brevior tum longior esse potest, ut ipse habet Aristides p. 65, 2 West. Spatium temporis autem, quod arbitrio per *ἀγωγήν* extendere licet, satis longe extensum etiam possumus dividere. Sed hoc non vult Aristoxenus, pergit enim: „*Τὴν δὲ τοῦ πρώτου δύναμιν πειρᾶσθαι δεῖ καταμανθάνειν τόνδε τὸν τρόπον. Τῶν σφόδρα φαινομένων ἐστὶ τῇ αἰσθήσει τὸ μὴ λαμβάνειν εἰς ἄπειρον ἐπίτασιν τὰς τῶν κινήσεων ταχυτῆτας, ἀλλ' ἵστασθαί που συναγομένους τοὺς χρόνους, ἐν οἷς τίθεται τὰ μέρη τῶν κινουμένων.*“ Si citissime ingredimur, gradus singuli citiores esse non possunt; si quam cito loquimur, verba citius non proferemus; si chorda pollice icta jam citissime sonos reddit, majore hi soni fieri non possunt celeritate. Addit Aristoxenus: „*Δῆλον ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν εἶναί τινας ἐλαχίστους χρόνους, ἐν οἷς ὁ μελῳδῶν θήσει τῶν φθόγγων ἕκαστον. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ πὲρὶ τῶν ξυλλαβῶν δῆλον ὅτι καὶ περὶ τῶν σημείων.*“ Itaque nemo dubitavit, quin ὁ *χρόνος πρῶτος* sit minima temporis pars, qua vel sonus vel syllaba vel motus corporis effici possit. Eadem Aristoxenus: „*Ἐν ᾧ δὴ χρόνῳ μήτε δύο φθόγγοι δύνανται τεθῆναι κατὰ μεδένα τρόπον, μήτε δύο ξυλλαβαί, μήτε δύο σημεῖα, τοῦτον πρῶτον ἐροῦμεν χρόνον.*“ Hanc rem aliquot exemplis explicabo.

a) Physici nostri dicunt hominem, quum acerrime ingrediatur, per sexagesimam horae partem facere gradus circiter CXX; quum autem magnificentius incedat, gradus circ. XC. Ex itineribus in Xenophontis Anabasi I, 2—7 intelligimus, Graecos eadem celeritate proficisci

solitos esse, quam nostri milites in itineribus. Nihil igitur obstat, quominus *τὸν πρῶτον χρόνον ἐν τῷ ἐμβαίνειν* i. e. tempus celerrimi gradus Graecorum ponamus (exempli causa) circit. $^1/_{120}$ sexag. = $^1/_2$ minimae part. hor.

b) Illi gradus lentiores, quorum circiter XC sexagesimam horae partem complent, nos ad cognitionem *τοῦ χρόνου πρώτου τῆς λέξεως* ducere possunt. Nam tragici et comici Graeci (ut evidenter A. Rossbach, gr. Metr. § 12—19 exposuit), quum magnifice per theatrum ingrederentur, gradibus anapaestica metra declamatione vel cantu adaequabant, eo modo, ut *ἄρσεις* sublationibus pedum, *βάσεις* sive *θέσεις* depositionibus responderent. (Bacchius p. 67, 10 West.: „*Ἄρσιν ποίαν λέγομεν εἶναι; Ὅταν μετέωρος ᾖ ὁ πούς, ἡνίκα ἂν μέλλωμεν ἐμβαίνειν. Θέσιν δὲ ποίαν; Ὅταν κείμενος*)." *Passus* ingressionis igitur i. e. gradus duplex convenit cum metro sive *βάσει λέξεως, quae est σύνταξις δύο ποδῶν* (Bacch. p. 66, 8 West. Atil. Fortunat. II, 4, 6); et quia anapaesticum metrum vehementissimum est in tragoediis et comoediis (A. Rossbach, gr. Metr. p. 89), *βάσις* autem vel dipodia tempora octo continet: sequitur, ut *τῆς λέξεως χρόνος πρῶτος* sit $\frac{60 \times 2}{90 \times 8} = {}^1/_6$ minim. p. h., quod si ad musicos nostros respicimus (Fr. Schubert, op. 5 „Dem Schnee, dem Regen" v. Goethe: schnell mit Leidenschaft, ♪ = $^{304}/_{60}$ = $^1/_6$ minim. p. h.) a veritate non longe abesse appareat.

c) Quantus denique sit *τῶν φθόγγων ὁ χρόνος πρῶτος*, difficile dicendum est, si non forsitan afferamus ad hanc rem, quod Aristoxenos p. 33, 21 West. habet: „*Μερίζονται γὰρ ἔνιοι τῶν ποδῶν εἰς διπλάσιον τοῦ εἰρημένου πλήθους ἀριθμὸν καὶ εἰς πολλαπλάσιον*", et p. 32, 33 West.: „*Ὑπὸ ξυλλαβῆς μὲν μιᾶς, ὑπὸ φθόγγων δὲ πλειόνων.*" Citharista, quum tempus brevissimae syllabae dividere potuisset duobus sonis fidium, per minimam horae partem XII *φθόγγους* produxisset, ita ut sonorum tempus primum fuisset $\frac{1}{6 \times 2} = {}^1/_{12}$ minim. p. h. Sed haec res est incerta difficilisque probatu, neque vero exemplum rejiciendum; nam si musicos veteres *τὴν δίεσιν χρώματος* h. e. differentiam sonorum, quae est inter *ges* et *fis* (356—348 = 8 Schallwellen) distinguere potuerunt (A. Rossbach gr. Rhythm. p. 47), etiam credendum est eos artem nostrorum assecutos esse musicorum, qui per minim. h. part. XII ad XVI sonos e nervis eliciunt (J. Moscheles, 6. Lieferung, Mozart, Sonat. C = Moll, Allegro molto, ♪ = $^{862}/_{60}$ = $^1/_{13}$ minim. p. h. — C. Czerny op. 299, 11. 4, Presto, 𝅘𝅥𝅯 = $^{960}/_{60}$ = $^1/_{16}$ minim. p. h.). —

His exemplis, quae quidem explicare, sed evincere non possunt, id tamen comprobare voluerim: 1) *Τὸν πρῶτον χρόνον esse tempus minimum, quo pars minima materiae rhythmicae efficiatur*; 2) *τὸν πρω-*

τον χρόνον esse *cujusque ῥυθμιζομένου* (κινήσεως λέξεως μέλους) *alium et diversum* (1/2, 1/6, 1/12 minim. p. h. — Mich. Psell. p. 77, 3 West.); 3) τὸν πρῶτον χρόνον *unius et ejusdem ῥυθμιζομένου esse semper eundem et immutabilem* (scilicet notione, sicut ἡ ἄτομος materiarum apud physicos, Aristid. p. 49, 3 West.; nam usu et tractatione οἱ πρῶτοι χρόνοι remanebunt ἄπειροι, Porphyr. ad Ptolem. p. 255, p. 39, 14 West., i. e. incertiores et minus definiti); 4) τὸν πρῶτον χρόνον *non esse idem, quod σημεῖον:* nam σημεῖον per ἀγωγήν mutatur.

B) Quid autem est σημεῖον? Aristoxenus ap. Psellum p. 38, 6 West.: „Οἱ μὲν γὰρ τῶν ποδῶν δύο μόνοις πεφύκασι σημείοις χρῆσθαι ἄρσει καὶ βάσει (◡ —), οἱ δὲ τρισὶν ἄρσει καὶ διπλῇ βάσει (◡ — —), οἱ δε τέτρασι δύο ἄρσεσι καὶ δύο βάσεσιν (◡ ◡ — —); quibus verbis apparet σημεῖον esse *pedis pars:* et ἄρσιν et βάσιν, et syllabam brevem et longam. — Sed idem Aristoxenus habet p. 36, 14 West.: „Τῶν δὲ ποδῶν ἐλάχιστοι μέν εἰσιν οἱ ἐν τῷ τρισήμῳ μεγέθει· τὸ γὰρ δίσημον μέγεθος παντελῶς ἂν ἔχοι πυκνὴν τὴν ποδικὴν σημασίαν. Γίνονται δὲ ἰαμβικοὶ τῳ γένει οὗτοι οἱ εν τρισήμῳ μεγέθει" (◡ — sive ◡◡◡); quibus verbis apparet, σημεῖον esse *pedis minima pars:* ita ut brevis contineat unum, longa duo σημεῖα. Duplex igitur est significatio verbi σημείου: 1) modo *pars pedis*, 2) modo *pars minima pedis;* quamobrem Aristoxenus p. 33, 2 West. σημεῖον etiam appellat τὸν χρόνον ποδός, sed nullo loco τὸν πρῶτον χρόνον. Nam σημεῖον sive χρόνος ποδός ea tantum conditione idem est cum τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ut ἀγωγή pedum sit citissima, quae effici potest. Exempla supponam.

a) Dipodia *anapaestica*, si percussio est citissima, continet octo σημεῖα sive octo χρόνους ποδός sive octo πρώτους χρόνους (◡◡ — ◡◡ — sive ◡◡◡◡ ◡◡◡◡ sive ♫ ♩ ♫ ♩ sive ♬♬ ♬♬ = 𝅝). — b) Monopodia *dactylica*, si illi dipodiae anapaesticae adaequatur per ἀγωγήν, habet quattuor σημεῖα sive quattuor χρόνους ποδός, sed octo πρώτους χρόνους (— ◡◡ sive ◡◡◡◡ sive 𝅗𝅥 ♩ ♩ sive ♩ ♩ ♩ ♩ i. e. 𝅝). — c) *Spondeus*, tempore aequato, tenet duo σημεῖα sive duo χρόνους ποδός, sed octo πρώτους χρόνους (— — sive 𝅗𝅥 𝅗𝅥 sive ♬♬ ♬♬ i. e. 𝅝). — d) *Dactylus fugitivus*, eadem conditione, complectitur tria σημεῖα sive tres χρόνους ποδός, sed sex πρώτους χρόνους (— ◡◡ sive ♩. ♪ ♩ sive ♪♪♪ ♪ ♫ = 𝅗𝅥.). — e) In *dipodia iambica*, si citissima est ἀγωγή, sunt duo σημεῖα (◡— ◡—), sex autem χρόνοι ποδός, sex etiam πρῶτοι χρόνοι (◡◡◡ ◡◡◡ sive ♪ ♩ ♪ ♩ sive ♪ ♫ ♪ ♫ = 𝅗𝅥.). — f) *Trochaeus semantus* completur (Aristid. p. 56, 11 West.) tribus σημείοις, sive tribus χρόνοις ποδός, sed duodecim πρώτοις χρόνοις (◡— ◡ sive 𝅝 𝅗𝅥 = 𝅝. = ♬ ♬ ♬).

His argumentis licuerit: 1) *σημεῖον* tum esse *τὸν πρῶτον χρόνον*, quum *ἡ ἀγωγή* sit citissima. (Tali percussione metrorum *syllaba brevi brevior nullo modo fieri potest*, quoniam *ὁ πρῶτος χρόνος*, qui hac conditione est *σημεῖον* vel *χρόνος ποδός* vel mora vel syllabae brevis tempus, *dividi non potest.*) 2) Licuerit deinde: *σημεῖον* desinere esse *τὸν χρόνον πρῶτον*, quum primum *ἡ ἀγωγή* fiat lentior; (quapropter syllaba *βραχέος βραχύτερος* musicorum dimidium quidem *σημείου* vel *τοῦ χρόνου ποδός*, sed *numquam brevior esse potest τοῦ πρώτου χρόνου.*)

Nam *ὁ χρόνος πρῶτος* est, quod apud geometras est *punctum* (Aristid. p. 49, 7 West.), quod apud physicos est *atomus* (Aristid. p. 49, 3 West.): *ὁ πρῶτος χρόνος* est *tempus minimae partis cujusque materiae rhythmicae* (Aristox. p. 31, 17 West.).

B. De Pedibus.

§ 6. Syllabarum compositione fiunt pedes; sed neque ex brevibus solis, neque ex longis metra pleraque faciuntur: conjungi solent breves cum longis lege quadam congruentiae aequalitatisque. — Si autem syllabam brevem ac longam connectimus, genus pedum exstitit *duplex* (*γένος διπλάσιον*); si duas breves conjungimus longae, genus pedum est *par* (*γ. ἶσον*); si unam brevem componimus cum duabus longis, genus pedum fit *sescuplex* (*γ. ἡμιόλιον*). — „*Τῶν δὲ ποδῶν οἱ μὲν ἐν δύο χρόνων σύγκεινται, τοῦ τε ἄνω καὶ τοῦ κάτω* (◡ —): *οἱ δὲ ἐκ τριῶν, δύο μὲν τῶν ἄνω ἑνός δὲ τοῦ κάτω* (◡ ◡ —): *ἢ ἐξ ἑνός μὲν τοῦ ἄνω δύο δὲ τῶν κάτω* (∪ — —).“ Aristox. p. 33, 2 West.

Γέν. διπλ.			Γέν. ἶσον			Γέν. ἡμιόλ.		
	potens	∪ —		meditans	∪∪ —		amavi	∪ — —
	fortis	— ∪		improbus	— ∪∪		legisse	— — ∪
							fecerant	— ∪ —

§ 7. In quoque pede autem duo momenta distinguenda sunt, *ἄρσις* et *βάσις* quae ab Aristoxeno (p.

34, 12 West.) dicuntur. *Βάσις* (Aristoxeni, aut si quis maluerit, *θέσις* Aristidis) est melior pars pedis, quae majore vi et voce pronunciatur, *ἄρσις* deterior est pars, cui vis minor inest. — „*Ῥυθμὸς τοίνυν ἐστὶ σύστημά τι ἐκ γνωρίμων χρόνων κατά τινα τάξιν συγκείμενον. Καὶ τὰ τούτων πάθη καλοῦμεν ἄρσιν καὶ θέσιν.* Aristid. 47, 14—16 West. — Signum *βάσεως* nobis hoc (´) erit.



Sentiam secutus sum Ernesti Ludov. de Leutsch, qui dicit Philolog. XXIII, 3, 447: „Es ist bekannt, wie seit Bentley man im gebrauch von arsis und thesis von den alten abgewichen ist: mit welchem unrecht, zeigen Boeckh M. Pind. p. 13. Jul. Caesar Grundz. d. gr. Rh. p. 67. Früher war das weniger lästig, da man über rhythmik nicht schrieb: jetzt, wo das sich ändert, entsteht ein lästiger widerspruch: führt man z. b. die ansicht eines alten an, kann man thesis nicht brauchen, ohne „d. h. guter tacttheil" hinzuzufügen. Um aus der schlechten gewohnheit allmählig herauszukommen, gebrauche man statt *arsis* und *thesis* doch *basis* und *arsis*: *βάσις* der alte aristoxenische ausdruck für den guten tacttheil: Aristox. El. Rh. p. 293. 296 Mor."

§ 8. Hi pedes appellantur *simplices* (*πόδες ἁπλοῖ*), quia per incisionem in duos pedes dividi non possunt (⏑|–), (–|⏑⏑), (⏑⏑–|–). Sunt quoque tres pedes *compositi* (*π. σύνθετοι* Asristid.), qui quaternis syllabis, binis brevibus et binis longis, constant. — „*Οἱ δὲ ἐκ τεττάρων, δύο μὲν τῶν ἄνω, δύο δὲ τῶν κάτω*" (⏑⏑ – –) Aristox. p. 33. 5 West. — „*Οὐ δὲ γίνεται πλείω σημεῖα τῶν τεττάρων, οἷς ὁ ποῦς χρῆται κατὰ τὴν αὑτοῦ δύναμιν.*" Aristox. p. 33, 16 West.

Pedes compositi, *πόδ. σύνθετοι*
- 1) Adolescens ⏑⏑ –́ –
- 2) Mutabilis –́ – ⏑⏑
- 3) Credulitas –́ ⏑⏑ –

a. De Pedibus Simplicibus.

I. Genus Duplex.

§ 9. *Jambus*, qui constat ex brevi et longa, temporum trium, ut supra diximus, quinque formas recipit: 1) formam *legitimam* (∪ –́), 2) *tribrachyn* solutione longae (∪́ ∪ ∪), 3) pedem *ἄλογον*, si longa pro brevi ponitur (⏒ –́), 4) *ἄλογον* vel *irrationalem cum longa soluta* (⏒ ∪́ ∪), 5) formam *contractam* vel pedem *συγκοπήν* passum, si longa brevem sequentem sibi conjungit (∪́ –́ — duo pedes = ∪ –́⁀∪ –́), quam formam Aristoxenus (p. 32, 5 West.) *τὸν χρόνον ἀσύνθετον* appellat. — De pede irrationali autem dicit: *Ἔσται δ' ἡ ἀλογία μεταξὺ δύο λόγων γνωρίμων τῇ αἰσθήσει, τοῦ τε ἴσου* (– –, 2: 2) *καὶ τοῦ διπλασίου* (∪ –, 1: 2) h. e. (⏒ –, 1½: 2). Aristox. p. 34, 14 West.

Phaedr. I, prol. { „Hanc ego polivi versibus senariis.“
– ∪́ ∪ | ∪ –́ | – –́ | ∪ –́ | – –́ | ∪ –́ || }

Westph. Allg. Metr. p. 252. { „Prosternit“ viros.
⏒ –́ –́ | ∪ –́ ||
– –́⁀∪ –́ | ∪ –́ || }

§ 10. *Trochaeus*, illi pedi similis quidem numero temporum trium, sed contrarius consecutione *θέσεως* et *ἄρσεως*, etiam quinque formas admittit: 1) formam *legitimam* (–́ ∪), 2) *tribrachyn* (∪́ ∪ ∪), 3) formam *irrationalem* (–́ ⏒), 4) form. *irration. cum longa soluta* (∪́ ∪ ⏒), 5) from. *contractam* vel syncopatam vel *ἀσύνθετον* (⌙). — De forma contracta Aristoxenus p. 32, 5 West. sic: „*Ἀσύνθετον δὴ καὶ σύνθετον χρόνον πρὸς τὴν τῆς ῥυθμοποιΐας χρῆσιν βλέποντες ἐροῦμεν οἷον τόδε τι· ἐάν τι χρόνου μέγεθος ὑπὸ μιᾶς ξυλλαβῆς ἢ ὑπὸ φθόγγου ἑνὸς ἢ σημείου*

καταληφθῇ (—), ἀσύνθετον τοῦτον ἐροῦμεν τὸν χρόνον· ἐὰν δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο μέγεθος ὑπὸ πλειόνων φθόγγων ἢ ξυλλαβῶν ἢ σημείων καταληφθῇ, (⏊⏑ sive ⏖⏑⏑), σύνθετος ὁ χρόνος οὗτος ῥηθήσεται."

Plaut. Capt. 207. 208.

„At fugam fingitis: sentio quam rem agitis."
⏊ ⏑ | ⏊ | ⏊ ⏑ | ⏊ || ⏊ ⏑ | ⏊ | ⏊ ⏑ ⏑ | ⏊ ||
„Fugiamus nos? quo fugiamus?"
⏊ — | ⏊ — | ⏊ ⏑⏑ | ⏊ ⏑ ||

2. Genus Par.

§ 11. *Anapaestus*, qui constat ex duabus brevibus et longa, temporum quattuor, est in his formis: 1) forma *legitima* (⏑⏑⏊), 2) form. *spondei*, si breves conjungentur (—⏊), 3) form. *proceleusmatici*, si longa dividitur in breves (⏑⏑⏖⏑), 4) form. *dactylica*, si breves conjunguntur, sed longa dividitur (—⏖⏑).

Semper bene facite, viri comites.
— ⏊ | ⏑ ⏑ ⏖ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏊ | ⏑ ⏑ ⏊ ||
Tibi haec credulitas jam nocuit.
⏑ ⏑ ⏊ | — ⏖ ⏑ | — ⏊ | ⏑ ⏑ ⏖ ||

§ 12. *Dactylus*, pes temporum quattuor, incipiens a longa desinens in duas breves, accipit in societatem 1) *legitimae* formae (⏊⏑⏑), 2) formam *spondei* (⏊—) brevibus conjunctis, 3) form. *proceleusmaticam* (⏖⏑⏑⏑) longa soluta, 4) form. *anapaesticam* (⏖⏑—) longa soluta et brevibus conjunctis, 5) form. *contractam*, brevibus longae adjunctis (⏗). — Rarissime tamen apud Latinos forma proceleusm. et anapaest. inveniuntur.

Ovid. Ex. Ponto IV, 8, 47.

„Carmine fit vivax virtus, expersque sepulcri
⏊ ⏑ ⏑ | ⏊ — | ⏊ — | ⏊ — | ⏊ ⏑ ⏑ | ⏊ — ||
Notitiam serae posteritatis habet."
⏊ ⏑ ⏑ | ⏊ ⏊ | ⏊ | ⏊ ⏑ ⏑ | ⏊ ⏑ ⏑ | ⏖ ||

3. Genus sescuplex.

§ 13. Creticus constat ex longa et brevi et longa, temporum quinque (–́ ⏑ –). Longam primam et supremam in eodem pede solutas (⏑́⏑ ⏑ ⏑⏑) apud Latinos invenire non potui. Mar. Vict. II, 10, 2. — Soluta longa priore fit *paeon quartus* (⏑́⏑ ⏑ –), soluta longa altera fit *paeon primus* (–́ ⏑ ⏑ ⏑). Apud Graecos etiam *ditrochaeum* Cretici formam fuisse (–́ ⏑ – ⏑) musici tradunt (Plut. de Mus. cap. 33).

Plaut. Rud. 208. 210.

„Nec cibo nec loco tecta quo sim scio.
–́ ⏑ – | –́ ⏑ – | –́ ⏑ – | –́ ⏑ – ||
Nec loci gnara sum necdum hic jam fui.“
–́ ⏑ – | –́ ⏑ – | –́ ⏑ – | –́ ⏑ – ||

Paeon primus	Credibilis –́ ⏑ ⏑ ⏑	Paeon quartus	Misericors. ⏑́⏑ ⏑ ⏑ –

§ 14. *Bacchius*, qui numero temporum quinque congruit cum Cretico, rhythmo autem discrepat ab eo, constat ex brevi et duabus longis (⏑ –́ –). Formae solutae hujus pedis sunt duae: 1) *paeon secundus* (⏑ –́ ⏑ ⏑) et quartus (⏑ ⏑́⏑ –). — Bacchio pedi, mutato syllabarum ordine, mensura autem permanente, *Antibacchius* (–́ – ⏑) contrarius datur; sed hoc metro poetae Latini non usi sunt.

Plaut. Pseud. 581. 1247.

„Majorum meûm fretus virtute dicam.
⏓ –́ – | ⏑ –́ – | ⏓ –́ – | ⏑ –́ ⏓ ||
An id voltis ut me hinc jacentem aliquis tollat?“
⏑ –́ – | ⏑ –́ – | ⏑ –́ ⏑ ⏑ | ⏓ –́ ⏓ ||

§ 15. **Pedes irrationales correpti.** — Musici veteres, sicut syllabae longae varias habebant mensuras: *δίχρονον, τρίχρονον, τετράχρονον*, et syllabae brevis: *χρόνον, ἥμισυ χρόνον*; itidem pedes non semper eodem modo et iisdem numeris metiebantur. — Jam temporibus Olympi, ut Plutarchus

de Mus. XXXIII tradit, *trochaeus* (— ⏑), quum pro Cretici pedis ultima syllaba longa substitueretur (⏊ ⏑ | ⏊͡ ⏑ pro ⏊ ⏑ —), correptione fiebat *temporum duorum*. A. Rossbach, Rhythm. p. 47. 142.

Dionysius (comp. verb. 17, West. Fragm. d. gr. Rhythm. p. 42, 3) dicit de correptione *anapaestici* pedis, quem *„κύκλιον καλοῦσιν."* — R. Westphal (Allg. gr. Metr. §. 33) magna cum acumine subtilitateque monstrat *dactylum fugitivum* per *χρόν. ἄλογον* et *βραχέος βραχύτερον* esse pedem temporum trium (— ⏑ ⏑ = 4/3 2/3 3/3 = 3).

Addendum est, quod habet liber *Ἀνωνύμου περὶ μουσικῆς* p. 71 West., et quidem in omnibus codicibus idem legitur: *„Ὀκτάσημος*

(⊢ Λ̇ Γ L̇ F C̄ F C̄) i. e. 

Scriptum est *„Ὀκτάσημος"*, neque vero *Πεντάσημος* sive *Δεκάσημος;* nam duo adsunt pedes, et quattuor habet uterque *σημεῖα,* quod quidem in pede primo indicatum est per tria puncta. Convenit autem ⊢ cum percussione prima, Λ cum percussione secunda, sonus Γ ponitur inter percussionem secundam et tertiam, L convenit cum percussione tertia, F cum perc. quarta. Pes antecedens cum pausa scriptum est ad exercitium discipuli, ut discat temporum divisionem pedis sequentis. Musici nostri eadem circiter hoc modo habent:



Σημεῖα: 1 2 3 4 1 2 3 4


„circiter" dixi, nam accuratius scribendum fuisset: (4/3 2/3 : 3/3 3/3) h. e. *ἄλογος, βραχύτερος, χρόνος, χρόνος.*

Itaque musici veteres non solum anapaestorum et dactylorum tempora quattuor interdum corripuerunt ad tria, et trochaeorum tempora tria in duo; sed etiam tempora quinque pedum generis sescuplicis *interdum* (non dixerim *semper*) per *ἄλο[illegible] χρόνον* redegerunt ad spatium temporum quattuor.

Pedes	Form. legit.	Temp. ration.	Not. 1 = ♪	Temp. irration.	Not. 1 = ♩
Trochaeus	⏊ ⏑	2 : 1	♩ ♪	4/3 : 2/3 1½ : ½	♩. ♪
Dactylus	⏊ ⏑⏑	2 : 2	♩ ♫	6/4 3/4 3/4 Caes. 4/3 2/3 3/3 West. 1½ ½ 1 Not.	♩. ♪ ♩
Anapaest.	⏑⏑ ⏊	2 : 2	♫ ♩	3/4 3/4 6/4 3/3 2/3 4/3 ½ ½ 2	♫ 𝅗𝅥
Paeon prim.	⏊⏑ ⏑⏑	3 : 2	♩♪ ♫	8/5 4/5 4/5 4/5 4/3 2/3 3/3 3/3 1½ ½ 1 1	♩. ♪ ♩ ♩

b. De Pedibus Compositis.

§ 16. Conjugatione pedum duorum generis duplicis quattuor fiunt pedes compositi (*οἱ κατὰ συζυγίαν σύνθετοι* Aristidis): *Jonicus a minore et Jon. a majore, Choriambus et Antispastus.* — Aristid. p. 54, 3 West. „*Καὶ συζυγία μὲν οὖν ἐστι δύο ποδῶν ἁπλῶν καὶ ἀνομοίων σύνθεσις.*“ — Aristid. p. 55, 6 West. *Κατὰ δὲ συζυγίαν γίνονται ῥυθμοὶ δύο ὧν ὁ μὲν ἰωνικὸς ἀπὸ μείζονος, ὁ δὲ ἀπ᾽ ἐλάσσονος καλεῖται.*“ — Aristid. 51, 20 West. „*Κατὰ ἀντίθεσιν, ὅταν δύο ποδῶν λαμβανομένων ὁ μὲν ἔχῃ τὸν μείζονα χρόνον καθηγούμενον, ἑπόμενον δὲ τὸν ἐλάττονα, ὁ δὲ ἐναντίως.*“



Ἀντίθεσις. — ∪ ∪ — p. troch. et iamb. — Choriambus.
∪ — — ∪ p. iamb. et troch. — Antispastus.

§ 17. *Jonicus a minore* constat ex duabus brevibus et duabus longis (∪∪⊥—) temporum sex. Nonunquam etiam contractione brevium (—⊥—) Molossus supponitur.

Horat. Carm. III, 12, 13—16.

„Catus idem per apertum
Fugientes agitato
Grege cervos jaculari, et celer arto
Latitantem fruticeto excipere aprum.“

§ 18. *Jonicus a majore* mutato temporum situ gignitur, quum longae in prima sede, secunda autem breves constituuntur (⊥—∪∪). Soluta longa prior saepe (∪́∪—∪∪), soluta altera interdum (⊥∪∪∪∪) reperiuntur.

Terentian. Maur. d. Lit.

„Vocalia quaedam memorant, consona quaedam.“

⏊ — ⏑ ⏑ | ⏊ — ⏑ ⏑ | ⏊ — ⏑ ⏑ | ⏊ ⏓

§ 19. *Choriambus,* constans e longa et duabus brevibus et longa (⏊ ⏑ ⏑ —), et huic contrarius *Antispastus* (⏑ — ⏊ ⏑), ceteris pedibus nonnumquam a poetis intermiscentur.

Atil. Fortunat. II, cap. 12. { „Sanguine quis purpureo“.
⏊ ⏑ ⏑ — | ⏊ ⏑ ⏑ —


Pers. Satir. prol. 10.

„Magister artis ingenique largitor!“

⏑ ⏊ ⏑ — | ⏑ ⏊ ⏑ — | ⏑ — ⏊ ⏑

§ 20. Pedum numerum ut compleam, illos etiam commemorabo *pedes majores,* qui duplicatione (*διὰ τὸ πλεονάζειν* Aristid.) minorum exsistunt: *Orthium, Trochaeum semantum, Dispondeum, Paeonem epibatum.* Aristides hos pedes sic describit: 1) p. 56, 10 West. „*Ὄρθιος ὁ ἐκ τετρασήμου ἄρσεως καὶ ὀκτασήμου θέσεως*“. 2) „*Τροχαῖος σημαντὸς ὁ ἐξ ὀκτασήμου θέσεως καὶ τετρασήμου ἄρσεως.*“ 3) p. 55, 3 West. „*Σπονδεῖος μείζων ὁ καὶ διπλοῦς ἐκ τετρασήμου θέσεως καὶ τετρασήμου ἄρσεως.*“ 4) p. 58, 13 West. „*Παίων ἐπιβατὸς ἐκ μακρᾶς θέσεως καὶ μακρᾶς ἄρσεως καὶ δύο μακρῶν θέσεων καὶ μακρᾶς ἄρσεως.*“ — Haec omnia sunt metra carminum sacrorum (*ἐν τοῖς ἱεροῖς ὕμνοις* Aristid. p. 64, 12 West.), quae adorantes cantabant, quum tura diis libantes aequis gressibus altaria circumirent, aut fana deorum processionibus ingrederentur. Diomed. III, 5, 8 Gaisf. — Sed vix illorum versuum perpauca fragmenta supersunt.

Orthius	⏗ ⏗ ⏗	temp. duodecim	3/2
Troch. sem.	⏗ ⏗	temp. duodecim	3/2
Dispondeus	{ ⏊ — — — / ⏗ ⏗ }	temp. octo	4/2
Paeon. epit.	— — ⏗ —	temp. decem.	5/2



C. De Concinnatione Metrorum.

§ 21. Modo ex *aequis* pedibus metra componuntur („ὅταν ἐξ ἑνὸς εἰς ἕνα μεταβαίνῃ λόγον‘ Aristid. p. 62, 15 West.) modo ex *variis* („ὅταν ἐξ ἑνὸς εἰς πλείους.“) Duo exempla supponam.

Ovid. Metam. I, 285.

„Expatiata ruunt per apertos flumina campos.“

⏗⏑⏑ | ⏗⏑ ⏑ | ⏗ ⏑ ⏑ | ⏗— | ⏗⏑⏑ | ⏗ —

Senec. Herc. fur. 875.

„Thebis laeta dies adest.“

⏗ — | ⏗⏑ ⏑ | ⏗ ⏑ | ⏗

a. De Metris Quae Ex Aequis Pedibus Composita Sunt.

§ 22. Si aequos pedes *singulos* conjungimus, *dipodiae*, *tripodiae*, *tetrapodiae* fiunt; si autem *dipodias* aut pedes, qui dipodiis aequi aestimantur, *dimetri*, *trimetri*, *tetrametri*. — Mar. Victor. I, 12, 44 Gaisf. „Metra autem quaedam singulis pedibus, quam monopodiam, quaedam binis, quam dipodiam vocaverunt, scandi moris est.“

1. De Dipodia, Tripodia, Tetrapodia.

§ 23. Duo pedes ejusdem generis faciunt dipodiam, tres tripodiam, quattuor tetrapodiam; quod etiam verborum ipsorum est potestas. — Mar. Victor. I, 11, 38 Gaisf. „Nam Graeco sermone duorum pedum copulatio βάσις dicitur, veluti quidam gressus pedum, qui si ejusdem generis, id est pares jugati fuerint, διποδίαν, aut ut quidam ταυτοποδίαν; sin dispares, ut trochaeus cum iam-

bo, *συζυγίαν* efficiunt.“ — Sunt autem dipodiae, tripodiae, tetrapodiae: *iambicae, trochaicae, anapaesticae, dactylicae*, ut schema praebet.

Gen.	Dipodia.	Tripodia.	Tetrapodia.
Iambica	⏒ ⊥ ⏑ —	⏒ ⊥ ⏑ — ⏑ —	⏒ ⫫ ⏑ — ⏑ ⊥ ⏑ —
Trochaica	⊥ ⏑ — ⏒	⊥ ⏑ — ⏑ — ⏒	⫫ ⏑ — ⏑ ⊥ ⏑ — ⏒
Anapaest.	⏒⏒ ⊥ ⏑⏑ —	⏒⏒ ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ —	⏒⏒ ⫫ ⏑⏑ — ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ —
Dactylica	⊥ ⏑⏑ — ⏒⏒	⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏒⏒	⫫ ⏑⏑ — ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ — ⏒⏒

§ 24. *Iambicae:* dipodiae, tripodiae, tetrapodiae plerumque (neque vero semper) incipiunt ab irrationali pede (*π. ἄλογος*), desinunt in rationalem (*π. ῥητὸν* vel *κριτικόν*). *Trochaicae*: dipodiae, tripodiae, tetrapodiae, mutato pedum ordine, plerumque incipiunt a rationali, desinunt in irrationalem. — Aristid. p. 62, 18 West. „*Γίνονται δὲ μεταβολαὶ κατὰ λόγον ποιδικόν, ὅταν ἐκ κριτικοῦ εἰς ἄλογον μεταβαίνῃ λόγον.*“

Terent. Eunuch. 173, 191, 163.

Dipod. iamb.	Tripodia.	Tetrapodia.
„Verum tamen.	Egone quid velim?	Num solus ille dona dat?“
— ⊥ ⏑ ⏓	⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ ⏓	⏒ ⫫ ⏑ — ⏑ ⊥ ⏑ ⏓

Terent. Eunuch. 786, 217, 946.

Dip. troch.	Tripodia.	Tetrapodia.
„Quid videtur?	Censeo, sed heus tu!	Quae futura exempla dicunt“
⊥ ⏑ — ⏑	⊥ ⏑ — ⏑ — —	⫫ ⏑ — ⏒ ⊥ ⏑ — —

§ 25. *Dactylicae:* dipodiae, tripodiae, tetrapodiae plerumque in spondeum exeunt. *Anapaesticae:* dip. trip. tetrap. e contrario in prima sede, sed rarius, quia hoc metrum pedibus legitimae formae frequentius est, recipiunt spondeum (Diomed. III, 28, 2 Gaisf.). — Quum dactyli et anapaesti sunt fugitivi (*κύκλιοι*), illi spondei (⊥ — et — ⊥) qualitatem

et quantitatem ($3^1/_2$ χρόν.) pedum irrationalium (π. ἀλόγων) habent. — De dactylis *κατὰ μονοποδίαν* et *διποδίαν* apud Mar. Vict. II, 2, 2 Gaisf. legitur: „Hexameter in sex partes dividitur per *monopodian*, aut in tres per *dipodian*.“ — De anapaestis *κατὰ μονοποδίαν* et *διποδίαν* apud eundem II, 3, 9: „Percutitur vero versus anapaesticus praecipue per dipodian, interdum et per singulos pedes.“

Virgil. Bucol. VII, 47. Aeneid. VI, 65. Horat. Carm. I, 7, 32.

Dip. dactyl.	Tripodia.	Tetrapodia.
„Jam venit aestas.	O sanctissima vates!	Cras ingens iterabimus aequor.“
⏗ ⏑ ⏑ — ⏗	— — — ⏑ ⏑ — —	— — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏗

Plaut. Amph. 160.	Dip. anapaest. „Octo validi“ — ⏗ ⏑ ⏑ ⏗	Mar. Vict. II, 3, 16.	Tripodia. „Super ardua fertur equis.“ ⏑ ⏑ ⏗ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —

Tetrapodia anapaestica.

Senec. Troad. 126. 127.

„Tu murus eras; humerisque tuis

— ⏗ ⏑ ⏑ ⏗ ⏑ ⏑ ⏗ ⏑ ⏑ —

Stetit illa decem fulta per annos.“

⏑ ⏑ ⏗ ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — —

2. De Dimetro, Trimetro, Tetrametro.

§ 26. Duae dipodiae conjunctae, aut duo pedes, qui dipodiis aequi aestimantur, faciunt dimetrum, tres autem trimetrum, quattuor tetrametrum. Metrum enim, quamquam (ut Atil. Fortunat. II, 5 dicit) „et syllaba a qua pes, et pes a quo syzygia, et syzygia a qua comma, et comma a quo colon, et colon a quo versus nascitur, *metra dicuntur*,“ hoc loco significat notione angustiore *dipodiam*, aut pedem temporum quattuor usque ad sex. — Apud Latinos illorum metrorum inveni, quae sequuntur.

Comp.	Dimeter.	Trimeter.	Tetrameter.
Κατὰ διποδίαν.	Iambicus	Iambicus	Iambicus
	Trochaicus	Trochaicus	Trochaicus
	Anapaestus	Anapaestus	Anapaestus
Κατὰ διποδίαν et *μονοποδίαν.*	Dactyl. *κ. διποδ.* Dactyl. *κ. μονοπ.*	Dactyl. *κ. διπ.* Dactyl. *κ. μον.*	— Dactyl. *κ. μον.*
Κατὰ μονοποδίαν.	Bacchius	Bacchius	Bacchius
	Creticus	Creticus	Creticus
	Ionic. a min.	—	Ionic a min.

§ 27. *Iambici:* Dimetri, Trimetri, Tetrametri, quoniam ex dipodiis iambicis compositi sunt, in *sedibus imparibus* i. e. in prima, tertia, quinta recipiunt pedem irrationalem (*π. ἄλογον*). *Trochaici:* dimetri, trimetri, tetrametri ex contrario in *sedes pares* i. e. in secundam, quartam, sextam admittunt irrationalem. — *Anapaestici:* dim. trim. tetram. per loca imparia non semper habent spondeos, sed saepissime etiam omnes pedes reperiuntur soluti.

Hor. Epod. II, 27. Trimeter iambicus et dimeter iamb.

„Fontesque lymphis obstrepunt manantibus,

— ⏑́ ⏑ — | — ⏑́ ⏑ — | — ⏑́ ⏑ ⏑́

Somnos quod invitet leves.“

— ⏑́ ⏑ — | — ⏑́ ⏑ —

Plaut. Pseud. 192. Tetrameter iambicus.

„Ut civitas nomen mihi commutet meque ut praedicet.“

⏑⏑ ⏑́⏑ ⏑ — | — ⏑́ ⏑ — | — ⏑́⏑ ⏑ — | ⏑⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́

Hor. Carm. II, 18. Dim. troch.

„Non ebur neque aureum.“

⏑́⏑ ⏑ — ⏑⏑ | ⏑́ ⏑ ⏑́ ∧

Mar. Vict. II, 5, 3. Trim. troch.

„Est celer phaselus ille quem videtis.“

⏑́⏑⏑ ⏑ — ⏑ | ⏑́ ⏑ — ⏑ | ⏑́ ⏑ — ⏑

Terent. Andr. 248. Tetrameter trochaicus.

„Quot modis contemptus, spretus! facta, transacta omnia; hem!“

⏑́⏑ ⏑ — ⏑⏑ | ⏑́ ⏑ — ⏑⏑ | ⏑́⏑ ⏑ — ⏑⏑ | ⏑́ ⏑ ⏑́ ∧

Senec. Herc. Fur. 133. 134. Dimetri anapaestici.

„Jam caeruleis evectus aquis | Titan summa prospicit Oeta.“

— ⊥ ∪∪— | — ⊥ ∪ ∪ — | — ⊥ — — | — ∪∪ — —

Plaut. Stich. 37. Trim. anapaest.

„Tace sis: cave sis audiam ego istuc posthac ex te.“

∪∪ ⊥ ∪∪ — | — ∪∪ — — | — ⊥ — —

Mar. Plot. 5, 9. Tetrameter anapaesticus.

„Chaos et Phlegeton loca nocte silent Boreas pelago tumido crepitans.“

∪∪ ⊥ ∪∪ — | ∪∪ ⊥ ∪ ∪ — || ∪∪ ⊥ ∪∪ — | ∪∪ ⊥ ∪∪ —

§ 28. *Dactylici:* dimetri, trimetri, tetrametri per monopodiam sunt idem quod dipodiae, tripodiae, tetrapodiae dactylicae, de quibus supra diximus. Dactylici autem *κατὰ διποδίαν* dimetri et trimetri ex dipodiis duabus aut tribus compositi sunt.

Horat. Carm. I, 7, 5. Trim. et Dim. *κ. διποδ.*

„Sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem

⊥ ∪∪ — ∪ ∪ | ⊥ — — — | ⊥ ∪∪ — ⊻

Carmine perpetuo celebrare et.“

⊥ ∪∪ — ∪∪ | ⊥ ∪∪ — ⊻

§ 29. *Bacchici et Cretici:* dimetri, trimetri, tetrametri frequentius apud Plautum leguntur. — *Ionici a minore:* dimetri et tetrametri uno carmine habet Horatius.

1) Plaut. Trinum. 227. Tetram. Bacch.

„Set hoc non liquet nec satis cogitatumst.“

∪ ⊥ — | ∪ ⊥ — | ∪ ⊥ — | ∪ ⊥ —

Plaut. Trinum. 258. Trim. Bacch.

„Amor, non places, te nil utor.“

∪ ⊥ — | ∪ ⊥ — | ∪ ⊥ —

Plaut. Trin. 232. Dim. Bacch.

„Ad aetatem agundam.“

∪ ⊥ — | ∪ ⊥ ⊻

2) Plaut. Rud. 950. Tetram. Cret. — Plaut. Rud. 955. Dim. Cret.

„Set boni consili ecquid in te mihist?“

⊥ ∪ — | ⊥ ∪ — | ⊥ ∪ — | ⊥ ∪ —

„Fidus ero, quisquis es.“

⊥ ∪ — | ⊥ ∪ —

3) Horat. Carm. III, 12, 11. 12. Tetram. Ionic. a minor. et dim.

„Eques ipso melior Bellerophonte, neque pugno

◡ ◡ ⊥⊥ – | ◡ ◡ ⊥ – | ◡ ◡ ⊥⊥ – | ◡ ◡ ⊥ –

Neque segni pede victus.“

◡ ◡ ⊥⊥ – | ◡ ◡ ⊥ –

§ 30. Pentametros, Hexametros, Octametros iambicos et trochaicos et anapaesticos, Heptametros etiam dactylicos, de quibus a metricis veteribus mira captantibus multa ad nullum finem scripta sunt, apud poetas Latinos frustra ac nequidquam quaesivi. Etiam pentapodiae desunt, nisi forte paucos trimetros brachycatalectos commemoremus, quos Seneca habet.

Senec. Agam. 805. 853. Trim. iamb. brachyc. siv. pentap.

„Cui lege mundi Jupiter rupta.“

– ⊥⊥ ◡ – | – ⊥⊥⊥ ◡ – | – ⊥

„Latravit ore lucis ignotae.“


§ 31. *Percussio Metrorum.* — Musici aut pedum aut digitorum ictu intervalla signant quibusdam notis (Fab. Quintil. IX, 4, 51).

In *pede* *βάσις* (Aristox.) sive *θέσις* (Aristid.), quae semper ejusdem melior pars est et majori voce scanditur, ictum accipit, *ἄρσις* autem, quae quidem quantitate *θέσιν* aequare (⊥ –), nec tamen superare potest (⊥ ◡◡ –), ictu vacat. *Cave igitur ne sit in metrorum percussione arsis major quam thesis; cave ne habeat arsis ictum:* haec est prima lex.


Aristoxenus non solum metra temporum trium, temporum quattuor et quinque vocat pedes (p. 36, 14 — p. 37, 18 West.), sed etiam metra majora, quae supra dipodias, tripodias, dimetros, trimetros appellavimus. Etiam apud Psellum, qui Aristoxenum secutus est, legimus de hac re (p. 37, 22 — p. 38, 3 West.): „*Αὔξεσθαι δὲ φαίνεται τὸ μὲν ἰαμβικὸν γένος μέχρι τοῦ ὀκτωκαιδεκασήμου μεγέθους, ὥστε γίνεσθαι τὸν μέγιστον πόδα ἑξαπλάσιον τοῦ ἐλαχίστου; τὸ δὲ δακτυλικὸν μέχρι τοῦ ἑκκαιδεκασήμου, ὥστε γίνεσθαι τὸν μέγιστον πόδα τοῦ ἐλαχίστου τετραπλάσιον; τὸ δὲ παιωνικὸν μέχρι τοῦ πεντεκαιεικοσασήμου, ὥστε*

γίνεσθαι τὸν μέγιστον πόδα τοῦ ἐλαχίστου πενταπλάσιον.“ Ex his verbis intelligitur pes maximus generis duplicis esse temporum XVIII, generis paris temp. XVI, generis sescuplicis temp. XXV. Addendum est, quod Aristides p. 60, 5 West. habet; significat enim dipodiam iambicam hoc modo: „*Δάκτυλος κατὰ ἴαμβον ὅς σύγκειται ἐξ ἰάμβου θέσεως καὶ ἰάμβου ἄρσεως.*“ — Sequitur igitur primum, ut pedes minores ipsi fiant tempora (*χρόνοι ποδικόι*) pedum majorum; sequitur deinde, *ut cujusque metri majoris percussio cognoscenda sit et deducenda ex percussione pedis minoris ejusdem generis:* haec est lex altera. — Observatis tandem his legibus duabus percussio metrorum erit sic:


Dactylus





Trochaeus





Iambus




Dactylus
Dimeter
iamb.
troch.
anap.
dact.
ϑέσ.
ἄρσ.


Dactylus
Dimeter
Bacch.
Cretic.
Ion. a min.
Ion. a maj.
Choriamb.
ϑέσ.
ἄρσ.


Trochaeus
Trimeter
Trochaicus
Dact. fugitiv.
ϑέσ.
ἄρσ.


Iambus
Trimeter
Iambic.
Anap. fugit.
ϑέσ.
ἄρς.

Dactylus

⊥ ⏑ ⏑

Tetrameter *κατὰ μονοπ.*	Dact.	⊥‴ ⏑ ⏑	⊥ ⏑ ⏑	⊥″ ⏑ ⏑	⊥ –
	Anap.	⏑ ⏑ ⊥‴	⏑ ⏑ ⊥	⏑ ⏑ ⊥″	⏑ ⏑ ⊥
	Cret.	⊥‴ ⏑ –	⊥ ⏑ –	⊥″ ⏑ –	⊥ ⏑ –
	Bacch.	⏑ ⊥‴ –	⏑ ⊥ –	⏑ ⊥″ –	⏑ ⊥ –
		θέσ.		ἄρς.	

Bacchius

⏑ ⊥ –

Pentameter	Bacch.	⏑ – –	⏑ ⊥″ –	⏑ – –	⏑ ⊥ –	⏑ – –
			θέσ.		ἄρσ.	

Creticus

⊥ ⏑ –

Pentameter	Cret.	⊥″ ⏑ –	– ⏑ –	– ⏑ –	⊥ ⏑ –	– ⏑ –
			θέσ.		ἄρσ.	

Tetrametri iambici et trochaici, tempora XXIV continentes; tetrametri Ionici a minore et a majore et Choriambici, tempora XXIV continentes; tetrametri anapaestici per dipodiam, tempora XXIV (*κύκλιοι*) vel XXXII continentes: uni ictui subjicere non possumus; sed haec metra in duos pedes majores divisa per dimetros feriuntur, hoc modo:

		Dactylus ⊥ ⏑⏑		Dactylus ⊥ ⏑⏑	
Tetrameter:	Iamb.	⏒ ⊥″ ⏑ –	⏒ ⊥ ⏑ –	⏒ ⊥″ ⏑ –	⏒ ⊥ ⏑ –
	Troch.	⊥″ ⏑ – ⏒	⊥ ⏑ – ⏒	⊥″ ⏑ – ⏒	⊥ ⏑ – ⏒
	Ion. a min.	⏑⏑ ⊥″ –	⏑⏑ ⊥ –	⏑⏑ ⊥″ –	⏑⏑ ⊥ –
	Ion. a maj.	⊥″ – ⏑⏑	⊥ – ⏑⏑	⊥″ – ⏑⏑	⊥ – ⏑⏑
	Choriamb.	⊥″ ⏑⏑ –	⊥ ⏑⏑ –	⊥″ ⏑⏑ –	⊥ ⏑⏑ –
	Anap. *κ. διπ.*	⏓⏓ ⊥″ ⏑⏑ –	⏓⏓ ⊥ ⏑⏑ –	⏓⏓ ⊥″ ⏑⏑ –	⏓⏓ ⊥ ⏑⏑ –
		θέσ.	ἄρσ.	θέσ.	ἄρσ.

b. De Metris Quae Ex Variis Pedibus Composita Sunt.

§ 32. Duplex metrorum mixtorum est ratio: modo enim dactyli et anapaesti temporum trium (κύκλιοι) inter trochaeos et iambos mixti; modo etiam Ionici et antispasti temporum sex cum dipodiis trochaicis et iambicis conjuncti sunt. Hac mixtione pedum variorum fiunt metra, quae propter varietatem formarum et alacritatem rhythmorum materiis lyricis praecipue apta sunt. — Aristid. p. 65, 7 West.: „*Οἱ δὲ μεταβάλλοντες εἰς ἕτερα βιαίως ἀνθέλκουσι τὴν ψυχὴν ἑκάστῃ διαφορᾷ, παρέπεσθαί τε καὶ ὁμοιοῦσθαι τῇ ποικιλίᾳ καταναγκάζοντες.*“

1. Dactyli inter trochaeos et anapaesti inter iambos mixti.

§ 33. Metra *dactylo-trochaica* (*δακτυλικὰ λογαοιδικά* Heph. p. 43) apud Latinos, sicut apud Graecos, compluribus schematibus, quae § 55 enumerabo, reperiuntur: nunc dactylus ponitur in initium, nunc in medium versum; saepius unus dactylus, nonnunquam duo, tres, quattuor adsunt, quod paucis exemplis exponam.

Horat. Carm. I, 2, 31.

„Nube cadentes humeros amictus.“

⏗ ⏑ — ⏓ | — ⏑ ⏑ | ⏗ ⏑ — ⏓

Senec. Hippol. 784.

„Montivagique Panes.“

⏗ ⏑ ⏑ | — ⏑ | ⏗ —

Horat. Carm. I, 4, 3.

„Ac neque jam stabulis gaudet pecus aut arator igni.“

⏗ ⏑ ⏑ | — ⏑ ⏑ | ⏗ — | — ⏑ ⏑ ‖ ⏗ ⏑ | — ⏑ | ⏗ —

Senec. Oedip. 409.

„Et tristis Erebi minas, avidumque fatum!“

⏗ — | — ⏑ ⏑ | ⏗ ⏑ | — ⏑ ⏑ | ⏗ ⏑ | — ⏑

§ 34. Metra *iamb-anapaestica* (ἀναπαιστικὰ λογαοιδικά Hephaest.) etiam non paucis schematibus inveni apud Latinos; tria tantum expromam:

Horat. Carm. II, 13, 17.

„Miles sagittas et celerem fugam."

– ⊥ | ⏑ ⊥ | – ⊥ | ⏑⏑ ⊥ | ⏑ ⊻́

Catull. Carm. 63, 14.

„Aliena quae petentes, velut exules, loca."

⏑⏑ ⊥⊥ ⏑ – | ⏑ ⏑́ – || ⏑ ⏑ ⊥⊥ | ⏑ – ⏑ ⊻́

Senec. Oedip. 413.

„Hederâve mollem bacciferâ religare frontem."

⏑ ⏑ ⊥ | ⏑ – | – ⊥ | ⏑ ⏑ – | ⏑⏑ ⊥ | ⏑ – | ⏑

2. Ionici et Antispasti cum dipodiis trochaicis et iambicis conjuncti.

§ 35. Metrum *Ionicum a majore* (Mar. Vict. II, 5, 7. — II, 8, 6) per omnia loca admittit dipodias trochaicas (ἐπιωνικὸν ἀπὸ μείζονος Hephaest.). Ex contrario metrum *Ionicum a minore* (Mar. Vict. II, 9, 12) recipit dipodias iambicas (ἐπιωνικὸν ἀπ' ἐλάσσονος Hephaest.). *Antispastus* autem interdum cum dipodiis iambicis conjungitur, ut in versibus fieri solet, qui Graece appellantur σκάζοντες.

Terent. Maur. de Lit.

„Elementa rudes quae pueros docent magistri."

⏑̆ ⏑ – ⏑ ⏑ | ⊥ – ⏑⏑ | ⊥⊥ ⏑ – ⏑ | ⊥ –


Martial. Epigr. I, 96, 1.

„Si non molestum est, teque non piget, Scazon."

– ⊥ ⏑ – | – ⊥ ⏑ – | ⏑ – ⊥ ⏑̄

§ 36. Sunt qui quaerant, an tales metrorum mixtiones (– ⏑ | – ⏑ ⏑) sive (⏑ – | ⏑ ⏑ –) sive (– – ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏑) sive (⏑ ⏑ – – | ⏑ – ⏑ –) sive (⏑ – ⏑ – | ⏑ – – ⏑), sine perturbatione totius rhythmi omnino fieri possint? — Posse dico, nam et

nostris musicis illi rhythmi non sunt ignoti. Exempla praebebo, quae si consideraveris, intelliges hanc rem esse eandem, quam nostri musici suis terminis technicis appellant *„notas punctatas"* vel *„triolas"*, et *„notas syncopatas."*



D. De Versibus.

§ 37. Quo modo quibusque legibus metra concinnentur, huc usque explicavi; superest dicere, quinam versus et quales apud Latinos frequentissimi leguntur. Itaque primum *versus uniformes* (μονοσχηματίστους, μο-

νοειδεῖς Hephaest. 104) tractabo, tum versus *multiformes* sive lyricos (*λογαοιδικούς* Arist. Quint. 42), denique versus *inconnexos* (*ἀσυναρτήτους* Hephaest.)

a. *Μονοσχημάτιστοι.*

§ 38. Generis duplicis *senarii* (trimetri) et versus *quadrati* (tetrametri) numero sunt validiores; generis autem paris et omnium praestantissimi sunt *hexametri*. — Aristotel. Rhet. III, 8. v. Leutsch, Grundr. p. 87. „*Τῶν δε ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ λεκτικὸς καὶ ἁρμονίας δεόμενος.*“

1. De Versibus Senariis et Octonariis Iambicis (trimetris, tetrametris).

§ 39. *Senarius* constat ex pedibus singulis sex (⏓ ⏊ | ⏑ ⏊ | ⏑ ⏊ | ⏑ ⏊ | ⏑ ⏊ | ⏑ ⏊′); exemplum compositionis praebet Phaedrus fabularum scriptor (Fab. Aesop. I. prol., quo loco dicit:)

„Aesó|pus aú|ctor quám | matéri|am rép|perít,
Hanc ego | poli|vi ver|sibus | sena|riis.
Duplex | libel|li dos | est: quod | risum | movet
Et quod | pruden|tis vi|tam con|silio | monet.
Calum|nia|ri si | quis au|tem volu|erit,
Quod ar|bores | loquan|tur, non | tantum | ferae,
Fictis | joca|ri nos | memine|rit fa|bulis.“

His septem versibus poeta nobis apparet ratione quadam ex natura rei deducta consuevisse, initiorum vim per syllabam longam (σ. *ἄλογον*) augere, exituum gravitatem per brevem σ. *ἀδιάφορον*) levare. Sed etiam in pede secundo, tertio, quarto, quinto saepissime longam pro brevi ponit poeta; *nunquam in sexto*. Addit quoque solutionem syllabae longae in duas breves, quarum prima accipit ictum (Lucian. Muelleri De Re Metr. Poet. Lat. p. 140, 4).

§ 40. *Caesura.* — Hoc te non effugiet, quod praeter rhythmum sit vinculum singulorum pedum; videmus enim verba, quotiescunque fieri potuit, non finiri cum pedibus, sed ultimam syllabam transire in sequentem pedem, quo modo verba pedibus, pedes vicissim verbis quasi ligamenta sunt. Hanc rem *caesuram* (τομήν) dicimus: caedit vero pes verbum et verbi finis caedit pedem. — Mar. Vict. II, 2, 7 Gaisf.: „Metrorum fere omnium natura talis est, ut caveant ne singulas partes orationis singulorum pedum fine concludant, sed potius ut verba vel nomina ex residua sui parte sequentibus pedibus adnectant, quo pacto evenit vocum integer pes esse.“ — Poetae in senario iambico maxime caesuram post syllabam vel semipedem quintum (τομ. πενθημιμερής) et septimum (τομ. ἑφθημιμερής) observarunt.

§ 41. Usu proximus senario est versus iambicus *octonarius*, cujus exemplum promam Plauti ex Amphitr. 826. 27.

„Patér | vocát | me, éum | sequór; || ejus | dicto im|perio | sum audiéns;
Ut fi|lium | bonum | patri esse || opor|tet, iti|dem ego sum | patri.“

Horum versuum uterque constat ex octo quidem pedibus, unde nomen; sed tempora XXIV uno metro iambico non possunt comprehendi, ut supra § 31 explicavimus: itaque quaterni pedes artius inter se conjuncti sunt eo modo, ut duo fiant *ordines*, qui in medio versu alter ab altero per incisionem quandam separantur.

§ 42. *Diaeresis.* — Lex est (non tamen semper a poetis observata), ut ordines, ex quibus totus versus compositus est, pede verboque integro terminentur: quo loco autem in versu ordo et pes et verbum finiuntur, eo *diaeresis* est. — Scriptores rei metricae Latini verbis

caesurae et diaereseos promiscue utuntur, et A. Rossbach, Griech. Metr. p. 97. 185 cet. eos secutus est. R. Westphal. Allg. gr. Metr. p. 418 distinguit caesuram et diaeresin. E. v. Leutsch, Grundr. d. gr. Metr. p. 37 habet locos veterum, ex quibus intelligimus diaeresin a caesura jure esse distinguendam. — Sed etiam Mar. Victorinus, quamquam verbo diaereseos non usus est, rem ipsam optime descripsit; I, 13, 2 legitur: „*Colon* est membrum, quod finitis constat pedibus; *Comma* autem, in quo vel pars pedis est.“ 3. „Abusive autem etiam et comma dicitur colon.“ 6. „Partes ergo versus, cum ex ea, qua conjunctus erat, parte dissolvitur, cola efficient; cum vero ea qua conjunctus erat parte absciditur, particula, quae divulsa ex eo est, comma dicetur, *ut in illis versus solvatur, in his caedatur.*“

Comma — Caes. *ἑφθημιμερής* — Comma
„Duplex | libel|li dos | est: | quod | risum | movet.“

Comma — Caes. *πενθημ.* — Comma
„Aeso|pus auc|tor, | quam | materi|am rep|perit.“

Colon — *Διαίρεσις* — Colon
„Pater | vocat | me, eum | sequor; || ejus | dicto im|perio | sum audiens.“

§ 43. Sunt etiam *septenarii* et *quaternarii,* qui ex septem et quattuor singulis pedibus constant. — Elegantius autem illi versus iambici, qui *tetrametri* et *trimetri* et *dimetri* appellantur, compositi sunt ex dipodiis. Apud Horatium de Art. Poet. 255—63 haec de trimetris legimus: (Iambus) „Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures, — *Spondeos stabiles* in jura paterna recipit, — Commodus et patiens, non ut *de sede secunda* — *Cederet aut quarta socialiter.* Hic in Acci“ (Plauti) — „Nobili-

bus trimetris apparet rarus, et Enni — In scenam missos cum magno pondere versus — Aut operae celeris nimium curaque carentis — Aut ignoratae premit artis crimine turpi". 268. „Vos" (Pisones) *„exemplaria Graeca* — Nocturna versate manu, versate diurna." 274. „Legitimumque sonum digitis callemus et aure."

Horat. Epod. 17. Trimetri: (⏓ ⏑́⏑́ ⏑ – | ⏓ ⏑́⏑́ ⏑ – | ⏓ –́ ⏑ ⏓)

„Jam jam ef|fica|ci do | manus | scien|tiae,
Supplex | et o|ro re|gna per | Proser|pinae,
Per et | Dia|nae non | moven|da nu|mina,
Per at|que li|bros car|minum | valen|tium
Refi|xa cae|lo de|voca|re si|dera:
Cani|dia, par|ce vo|cibus | tandem | sacris,
Citum|que re|tro sol|ve sol|ve tur|binem!"

Senec. Agam. 758—60. Tetrametri:
(⏓ ⏑́⏑́ ⏑ – | ⏓ –́ ⏑ ⏓ || ⏓ ⏑́⏑́ ⏑ – | ⏓ –́ ⏑ ⏓).

„Instant | soro|res squa|lidae. || Sanguine|a ja|ctant ver|bera;
Fert lae|va se|mustas | faces; || turgent|que pal|lentes | genae,
Et ve|stis a|tri fu|neris || exe|sa cin|git i|lia."

2. De Versibus Trochaicis.

§ 44. Longissimus hujus metri ille versus est, quem Latini *quadratum* (tetrametrum) dixerunt (⏑́⏑́ ⏑ – ⏓ | –́ ⏑ – ⏓ || ⏑́⏑́ ⏑ – ⏓ | –́ ⏑ ⏓ ∧), constans ex duobus per diaeresin separatis ordinibus (κῶλα), quorum uterque quattuor pedes complectitur. In singulis pedibus autem longam pro brevi (–́ ⏓ π. ἄλογον) ponere et longam in duas breves solvere (⏑́ ⏑ ⏑ sive ⏑́ ⏑ ⏓) non solum licet poetae, sed etiam animi sensusque causa saepe opus est; *excepto tamen pede septimo*, in quo formam ipsam trochaicam (–́ ⏑) retinere debemus. Adde quod in sede novissima pes plerumque non sit integer, sed brevi detracta concludatur syllaba longa vel ancipiti.

Terent. Andr. 319. 20.

„Ád te ad|vénio | spém sa|lútem || cónsi|lium͡ aúxi|lium͡ éxpe|téns.
Néque pol | cónsi|lí lo|cum͡ hábeo, || néque͡ ad au|xílium | cópi|am.“

§ 45. *Elisio.* — Si recte poetarum et imprimis Plauti et Terenti versus scandere vis, elisionem (*ἔκθλιψιν, συναλοιφήν*) respicias necesse est: a) omitte igitur in exitu verborum vocalem brevem, si vocalis altera sequitur; b) longam sub eadem conditione corripe tantum. c) Literae h et m intercedentes (interdum etiam s et t) non tollunt hanc legem (Mar. Vict. I, 4, 87—89). d) Vocalis i metri causa saepe fit consonans j. e) „Audiendum est“ legitur „audiendumst“; rarius „audiendum est“ contrahitur in „audiendust.“ — Priapeia LXIII. LXXXIII. „Parum est“ = „parumst“, „novi est“ = „novist“. — Itaque illi Terenti versus hoc modo scanduntur:

„Ád tĕ ad|vénio | spém sa|lútem || cónsilj' | aúxilj' | éxpe|téns.
ᴗ́ ᴗ ⏓ | ᴗ́ᴗ⏓ | –́ ᴗ | –́⏓ || –́ ⏓ | –́ ⏓ | –́ ᴗ | –́ ||
Neque pol | consi|li loc' | habeo, || nequ' ad au|xilium | copi|am.“
ᴗ́ ᴗ ⏓ | –́ ᴗ | –́ ᴗ | ᴗ́ ᴗ ⏓ || ᴗ́ ᴗ ⏓ | ᴗ́ᴗ⏓ | –́ᴗ | ⏒́ ||

§ 46. Magna etiam apud Plautum et Terentium est frequentia *septenariorum* trochaicorum, qui ex septem singulis pedibus; rarius *quaternarii* reperiuntur, qui ex quattuor conjuncti sunt. — *Tetrametros trimetros dimetros* optimae formae legimus apud Horatium et Senecam. — Tripodia trochaica versus *ithyphallicus* nominatur et ceteris versibus interdum intermixtus invenitur.

Senec. Med. 741—43. Tetrametri: (–́ᴗ – ⏓ | –́ᴗ – ⏓ || –́ᴗ – ⏓ | –́ᴗ⏒́).

„Compre|cor vul|gus si|lentum, || vosque | fera|les de|os,
Et Cha|os coe|cum͡, atque͡ o|pacum || Ditis | umbro|si do|mum,
Tarta|ri ri|pis lig|atos, || squali|dae Mor|tis spe|cus!“

Horat. Carm. II, 18, 13. 15. Dimetri: (⏗ ⏑ – ⏓ | ⏗ ⏑ ⏒)

„Largi|ora | flagi|to.“

„Trudi|tur di|es di|e.“

§ 47. *Catalexis*, Ἀ π ό θ ε σ ι ς. — Non semper metrum usque ad finem syllabis expletur, sed saepe in versus exitu una syllaba aut duae aut tres deficiunt. Hoc modo fiunt *pausae* („οἱ δὲ βραχεῖς τοὺς κενοὺς ἔχοντες“ Aristid. p. 63 West.); nam rhythmus secundum ipsius naturam suis numeris absolutus sit necesse est. — Quintil. inst. 9, 4, 50..55. „Rhythmi qua coeperunt sublatione et positione ad finem usque decurrunt.“ — Anonym. de Music. p. 69 West. „Ὁ ῥυθμὸς συνέστηκεν ἔκ τε ἄρσεως καὶ θέσεως καὶ χρόνου τοῦ καλουμένου ὑπ' ἐνίων κ ε ν ο ῦ. Κενὸς βραχὺς ∧, κενὸς μακρός ∧̄, κενὸς μ. τρίσημος ∧̄, κενὸς μ. τετράσημος ∧̄.“ — Si autem una syllaba deficit, versus a metricis appellatur *catalecticus*; si duae syllabae deficiunt, versus est *brachycatalectus*; et si tres, *hypercatalectus*.

tetrameter; trimeter; dimeter troch.

Acatalectus	– ⏑ – ⏓	– ⏑ – ⏓	– ⏑ – ⏓	– ⏑ – ⏓
Catalecticus	– ⏑ – ⏓	– ⏑ – ⏓	– ⏑ – ⏓	– ⏑ ⏒
Brachycatalect.	– ⏑ – ⏓	– ⏑ – ⏓	– ⏑ – ⏓	– ⏑
Hypercatalect.	– ⏑ – ⏓	– ⏑ – ⏓	– ⏑ – ⏓	⏒

monometer; dimeter; trimeter

Senec. Oed. 510. 471. 730. 496.

Trim. iamb. acatalectus	„Si te ruentes non satis Thebae movent.“ — ⊥ʹʹ ∪ — | — ⊥ʹʹʹ ∪ — | — ⊥ ∪ — ‖
Trim. iamb. catalectic.	„Sensere terrae Zalacûm feroces.“ — ⊥ʹʹ ∪ — | — ⊥ʹʹʹ ∪ — | ∪ ⊥ —
Trim. iamb. brachycatal.	„Aut foeta tellus impio partu.“ — ⊥ʹʹ ∪ — | — ⊥ʹʹʹ ∪ — | — ⊥
Dim. iamb. hypercatal.	„Solemne Phoebus carmen edit.“ — ⊥ ∪ — | ∪̄ ⊥ʹʹ ∪ — | ∪

3. De Versibus Dactylicis.

§ 48. Versuum dactylicorum *Hexameter* est princeps, qui diligentia poetarum ad tantam perfectionem perductus est, ut vix alter versus inveniatur, qui factis heroum celebrandis, rebusque omnibus digne tractandis aptior sit. Hoc loco tres species, quae maxime metrorum et compositionum qualitate inter se differunt, describam: a) *Hexametrum heroicum*, b) *Trimetrum dactylicum*, c) et illum versum pedum sex, quem vulgo *Pentametrum* dicunt veteres.

§ 49. Etiam Mar. Victorinus (II, 2, 2 Gaisf.) distinguit tres species metri dactylici hexametri dicens: „Nam aut in sex partes dividitur per monopodian, aut in tres per dipodian et fit trimetrus, aut in duas per *κῶλα* duo.“ a) Per monopodian feritur *Hexameter heroicus vel epicus*, cujus caesurae sunt nunc *πενθημιμερής* nunc *ἑφθημιμερής*; b) per dipodian *Trimeter dactylicus* scanditur, ut in carminibus et epodis Horatii; c) in dua *κῶλα* autem per diaeresin dirimitur *Pentameter elegiacus*. — Itaque schemata erunt haec:

Hexameter heroic. s. epic.	–″ ⏑ ⏑ | –′ ⏑ ⏑ | –′, ⏑ ⏑ | –″ ⏑ ⏑ | –′ ⏑ ⏑ | –′ ⏓ –″ ⏑ ⏑ | –′ ⏑ ⏑ | –′ ⏑ ⏑ | –′, ⏑ ⏑ | –″ ⏑ ⏑ | –′ ⏓
Trimeter dactylicus	–‴ ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ ‖ –′ ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ ‖ –″ ⏑ ⏑ | – ⏓
Pentameter elegiacus	–‴ ⏑ ⏑ | –′ ⏑ ⏑ | –″ ‖ –‴ ⏑ ⏑ | –′ ⏑ ⏑ | –″ ⋀

§ 50. *Hexameter heroicus vel epicus* in omnes sedes, excepta quinta, recipit *spondeum* (–′ –). Multis spondeis intermixtis hexameter fit gravis, ut apud Lucretium, paucis tantum intermixtis versus est levior, ut apud Ovidium: poeta enim semper rebus tractandis metrorum aptissimam formam in promptu habebit. *Thesis* autem apud Latinos in duas breves dissolvi non potest (Luc. Mueller de re Metr. poet. Lat. p. 65).

Magna vis etiam est in *caesuris*, quarum altera in pede tertio post longam intercedens τομὴ πενθημιμερής (caesura semiquinaria) dicitur, altera in pede quarto post longam τομὴ ἑφθημιμερής (caesura semiseptenaria) nominatur. Minoris momenti apud Latinos illa caesura in pede tertio post brevem priorem est, quam Graeci τομὴν κατὰ τρίτον τροχαῖον appellant. Mar. Victor. I, 19, 12 de caesuris pergit: „Harum si nullam in hexametro speciem inveneris, heroum versum jure ac merito negabis". Nonnunquam etiam evenit, ut in eodem versu plures incisiones, id est simul cum ἑφθημιμερῇ *caesuram quandam in pede secundo* post longam reperiamus.

De temporibus hexametri dactylici heroici dicit Diomedes III, 12, 2 Gaisf.: „Hi igitur pedes syllabis impares, temporibus aequales, sex regionibus distributi, quaterna tempora

sua scandendo partientes, *quattuor et viginti temporibus*, metri totius sive tomas vel commata sive cola, quae Latine sectiones, incisa, membra dicuntur, perfecta conformatione concludunt.“ Secundum autem Aristoxenum et Aristidem uno metro dactylico tempora XXIV comprehendi non possunt, sed XVI tantum: sequitur, ut *omnis hexameter heroicus constet ex duabus partibus.* Has partes vel versus membra a Mar. Victor. II, 2, 5 sic describuntur: „Dactylus heroicus in duas caeditur partes, *penthemimerem et hephthemimerem,*“ h. e. aut prima pars hexametri extenditur usque ad caesuram semiquinariam, qua ratione fiunt tripodia catalectica (–́́⏑⏑ | –́⏑⏑ | –́ ,) et tripodia cum anacrusi (⏑⏑ | –́́⏑⏑ | –́⏑⏑ | –́ ⏓); aut prima pars hexametri extenditur usque ad caesuram semiseptenariam, qua ratione fiunt tetrapodia catalectica (–́́⏑⏑ | –́⏑⏑ | –́⏑⏑ | –́ ,) et dipodia cum anacrusi (⏑⏑ | –́́⏑⏑ | –́ ⏓); sic: Virgil. Aen. I, 1—4.

τ. πενϑ.	Trip. catal. Trip. c. anacr.	„Arma vi|rumque ca|no, Troj|ae qui | primus ab | oris
τομ. ἑφϑ.	Tetrap. cat. Dip. c. anacr.	Itali|am, fa|to profu|gus, La|vinaque | venit
τ. πενϑ.	Trip. catal. Trip. c. anacr.	Litora, | multum il|le et ter|ris jac|tatus et | alto
τομ. ἑφϑ.	Tetrap. cat. Dip. c. anacr.	Vi supe|rum, sae|vae memo|rem Ju|nonis ob | iram.“

His incisionibus versuum heroicorum per πενϑημιμερῆν et ἑφϑημιμερῆν Mar. Victorinus nos docet scansionem hexametrorum non per omnia metra esse eandem, ex quo motuum aequabilitas vix tolerabilis nasceretur; contra discimus in carmine epico esse mutatione membrorum longiorum et breviorum variationem quandam, quae salva gravitate metri heroici animum suavissime delectat.

§ 51. *Trimeter dactylicus*, quo poetae lyrici usi sunt, per dipodian feritur. Ob eam rem etiam dactylici pedes in trimetro versu semper fugitivi (*κύκλιοι* Dionys. *στρογγύλοι* Aristid.) erunt, et omnium sex pedum tempora XVIII. Horatius in carminibus et epodis trimetros dactylicos recepit inter metra generis duplicis, sic:

Horat. Epod. XIII, 1. 2.

„Horrida tempestas caelum contraxit et imbres
Nivesque deducunt Jovem; nunc mare nunc silvae.“

‴ ∪ ∪ | — — ‖ ′ — | — — ‖ ″ ∪ ∪ | — —
∪ ″ ∪ — | — ′ ∪ ∪ ‖ ″ ∪ ∪ | — — | ′

§ 52. *Pentameter elegiacus* constat ex duobus colis, quae in medio versu per diaeresin separati sunt. Huic versui ea est lex, ut in pede tertio et sexto sit una syllaba longa temporum quattuor, aut anceps cum pausa, quod supra pedem contractum (*π. ἀσύνθετον* Aristox.) appellavimus. In quarta et quinta sede dactylus plerumque non cedit spondeo, sed in prima et secunda etiam spondei admittuntur. Versum elegiacum semper ita invenimus, ut versus heroicus antecedat; ex quo conficiamus, ut etiam ille sit temporum XXIV. De natura et inventore hujus metri Horatius de Art. poet. 75—78 dicit sic: „Versibus impariter junctis *querimonia* primum, — Post etiam inclusa est voti sententia compos; — Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor, — Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est.“

Tibull. Carm. I, 1, 15—20.

„Flava Ce|res, tibi | sit no|stro de | rure co|rona
Spicea, | quae tem|pli ‖ pendeat | ante fo|res;

Pomo|sisque ru|ber cu|stos po|natur in | hortis,
Terreat | ut sae|va ‖ falce Pri|apus a|ves.

Vos quoque | feli|cis quon|dam, nunc | pauperis | agri
Custo|des, fer|tis || munera | vestra, La|res."

§ 53. Non prateribo illum Hexametrum, in quo post pedem quartum diaeresis est, quam incisionem vulgo *caesuram bucolicam* appellamus. Exempla permulta habet Virgilius in Bucolicon libro, Ovidius quoque, quamquam rarius, in Metamorphoseon libris.

Virgil. Bucol. I, 4. 5.

„Nos patri|am fugi|mus; tu, | Tityre, || lentus in | umbra,
Formo|sam reso|nare do|ces Ama|ryllida | silvas."

Ovid. Metam. XI, 372—74.

„Pars quoque | de no|bis fu|nesto | saucia | morsu,
Dum de|fensa|mus, le|to͡ est data. || Sanguine | litus
Undaque | prima ru|bet de|mugi|taeque pa|ludes."

§ 54. Ceteri versus dactylici apud Latinos sunt *tetrametri* pauci cum dactylo pede in sede quarta (– ◡ ◡ | – ◡ ◡ | – ◡ ◡ | – ◡ ◡), qui *Alcmanii* dicuntur, apud Senecam; tetrametri quoque cum spondeo in sede quarta (– ◡ ◡ | – ◡ ◡ | – ◡ ◡ | – –), qui ab *Archilochoc* ognominantur, apud Horatium; tum *Archilochius minor* (– ◡ ◡ | – ◡ ◡ | ⏓) apud eundem; et omnium brevissimus *Adonius*, constans ex dimetro tantum (– ◡ ◡ | – ⏓).

Senec. Oedip. 451—53. Versus Alcmanius.

„Hinc ver|no plata|nus fo|lio viret,
Et Phoe|bo lau|rus ca|rum nemus
Garrula | per ra|mos avis | obstrepit."

Horat. Carm. I, 7, 1—4. Hexam. et tetram.

„Lauda|bunt ali|i cla|ram Rhodon | aut Myti|lenen,
Aut Ephe|son bima|risve Co|rinthi
Moenia, | vel Bac|cho The|bas vel A|polline | Delphos
Insi|gnes, aut | Thessala | Tempe."

Horat. Carm. IV, 7, 7—8. Hexam. et Archiloch. min.

„Immor|talia | ne spe|res, monet | annus et | almum
Quae rapit | Hora di|em."

Terent. Maur. 2163—2176 Sant.: Versus Adonii.

„Primus ab | oris
Troius | heros,
Perdita | flammis,
Pergama | linquens,
Exul in | altum
Vela re|solvit.

Saepe re|pulsus
Ausone | terra
Moenia | fessis
Sera lo|cavit;
Unde La|tinum
Post genus | ortum

Altaque | magnae
Moenia | Romae."

b. *Λογαοιδικοί.*

§ 55. De concinnatione versuum, in quibus varii pedes mixti sunt, jam §§ 32—36 disseruimus; hoc loco superest enumerare, quinam logaoedici apud Latinos reperiuntur. Itaque primum afferam versus dactylo-trochaicos, deinde iamb-anapaestos, tum ceteros. Tab. I.

§ 56. Horum versuum logaoedicorum (Heph. 104) sive multiformium (Luc. Mueller p. 96) sive *πολυσχηματίστων* maxime frequentia et elegantia excellunt, qui sequuntur: 2) Versus *Aristophaneus*, 5) *Pherecrateus*, 6) *Glyconius*, 8) *Phalaecius*, 12. 26) *Sapphicus minor et major*, 14. 35) *Alcaicus decasyllabus et hendecasyllabus*, 18) *Archilochius major*, 22. 30) *Asclepiadeus minor et major*, 27) *Priapeus*, 49. 50) *Elegiambicus et Jambelegicus* (C. W. Nauck, Horat. p. 6). Paucis verbis singulos tractabo.

§ 57. Brevissimi omnium sunt *Aristophaneus* (—◡◡|—◡|—◡̄) constans ex dactylo et duobus trochaeis, et *Pherecrateus*

(– ⏓ | – ⏑ ⏑ | – ⏓) compositus ex trochaeo et dactylo et trochaeo: syllabam in exitu longam esse licet. — *Glyconium* habebis, si Pherecrateo semipedem adjeceris (– ⏓ | – ⏑⏑ | – ⏑ | ⏒); hujus versus in sede prima Horatius semper spondeo pro trochaeo usus est. *Phalaecius* (– ⏓ | – ⏑⏑ | – ⏓ | – ⏑ | – ⏓), *hendecasyllabus* appellatus, duobus trochaeis est longior quam Pherecrateus, et frequentissime apud Catullum et Martialem reperitur. — *Priapeus* conjunctus est e Glyconio et Pherecrateo versu eo modo, ut pes ultimus Glyconii sit contractus sive *ἀσύνθετος* (Aristox.), aut intercedat pausa unius morae (– ⏓ | – ⏑⏑ | – ⏑ | ⊔ || – ⏓ | – ⏑⏑ | – ⏓).

Hor. Carm. I, 8, 7. Aristophaneus: „Temperat | ora | frenis."
Hor. Carm. I, 14, 11. Pherecrateus: „Quamvis | Pontica | pinus."
Hor. Carm. I, 14, 12. Glyconius: „Silvae | filia | nobi|lis."
Cat. Carm. I, 1. Phalaecius: „Quoi do|no lepi|dum no|vum li|bellum?"

Catull. 18, 2. Priapeus:

„Qua do|mus tua | Lampsa|ci est, | quaque | silva, Pri|ape?"

§ 58. Versus *Sapphicus minor* hoc modo concinnatur: in medio sit dactylus fugitivus vel *κύκλιος*, quem ante et post ponatur dipodia trochaica; etiam caesura penthemimeres non est negligenda (– ⏑ | – ⏓ | –, ⏑⏑ | – ⏑ – ⏓). — *Sapphicus major* duos dactylos habet inmixtos per trochaeum contractum vel *ἀσύνθετον* separatos. In hoc versu non solum caesura post *βάσιν* dactyli prioris est (– ⏑ | – ⏓ | –, ⏑⏑ | ⊔ || – ⏑⏑ | – ⏑ | – ⏓), sed etiam post pedem contractum diaeresis, per quam versus in duos ordines (*κῶλα*) caeditur, quorum alter idem est cum metro Aristophaneo (– ⏑⏑ | – ⏑ | – ⏓),

Hor. Carm. II, 10, 13. Sapph. min.:

„Sperat | infe|stis, metu|it se|cundis."

Hor. Carm. I, 8, 2. Sapph. maj.:

„Te de|os o|ro, Syba|rin | cur prope|res a|mando?"

§ 59. Versus *Asclepiadeus minor* mira pulchritudine est compositionis, et non sine causa Horatius hoc versu seriem

odarum incipit. Duo metra dactylo-trochaica (–⏑⏑|⏗||–⏑⏑|–⏑) sunt quasi corpus; trochaeus ante et trochaeus pone sunt brachia (–⏓ | –⏑⏑ | ⏗ || –⏑⏑ | –⏑ | ⏑̲ ∧). Totus versus per diaeresin in duos inter se aequales ordines dividitur, quorum prior trochaeo finitur, in quo est contractio (*συγκοπή*), alter trochaeo, in quo pro brevi pausa est; qua ratione tempora versus sunt decem et octo. In sede prima spondeum (*ἄλογον*) esse, et in sede quinta trochaeum legitimae formae apud Horatium hujus versus lex est. — *Asclepiadeus major* fit ex minore, si dactylum cum pede trochaico contracto (–⏑⏑ | ⏗) bis ponimus. Huic versui tempora quattuor et viginti insunt, quum pausam ducimus in rationem.

Horat. Carm. I, 1, 1. Asclep. min.

„Maece|nas ata|vis || edite | regi|bus."

Horat. Carm. I, 11, 4. Asclep. maj.

„Seu plu|res hie|mes || seu tribu|it || Juppiter | ulti|mam."

§ 60. Versus *Archilochius major* incipit a dactylis quattuor, exit in tres trochaeos; post *βάσιν* vel *θέσιν* tertiam est caesura, et post quartum dactylum diaeresis, sic: (– ⏕ | – ⏕ | –, ⏕ | –⏑⏑ || –⏑ | –⏑ | –⏓). — *Alcaicus decasyllabus* initium sumit a dactylis duobus, desinit in duos trocheos, sic: (–⏑⏑ | –⏑⏑ | –⏑ | –⏓). — Hic versus et Glyconius et Pherecrateus et Aristophaneus et Archilochius minor et Adonius sunt clausulae stropharum apud Horatium, Catullum, Senecam, Martialem, Statium.

Horat. Carm. I, 4, 9. Archil. maj.

„Nunc decet | aut viri|di niti|dum caput || impe|dire | myrto."

Horat. Carm. III, 4, 48. Sapph. decasyll.

„Imperi|o regit | unus | aequo."

§ 61. Versus *Alcaicus hendecasyllabus* est trimeter iambicus brachycatalectus cum Anapaesto fugitivo sive *κυκλίῳ* in sede quarta (⏓– | ⏑– | ⏓, – | ⏑⏑– | ⏑⏑̲). — Versus *iambelegicus* constat ex dimetro iambico et Archilochio minore

(⏓ – | ⏑ – | ⏓ – | ⏑ ⏒ || – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | ⏒). Huic contrarius est versus *elegiambicus* dactylis praecedentibus, iambis sequentibus, sic: (– ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | ⏒ || ⏓ – | ⏑ – | ⏓ – | ⏑ ⏒).

Horat. Carm. II, 15, 13. Alc. hendec.

„Priva|tus il|lis cen|sus erat | brevis."

Horat. Epod. 13, 12: Vers. iambelegic.

„Invic|te, mor|talis | dea || nate pu|er Theti|de!"

Horat. Epod. 11, 20: Vers. elegiamb.

„Jussus a|bire do|mum, || fere|bar in|certo | pede."

§ 62. Sequuntur duo versus, Galliambus et Choliambus, qui propter varietates schematum neque μονοσχηματίστοις neque λογαοιδικοῖς annumerari possunt. — Versus *Galliambus* constat ex ordinibus vel colis duobus metri iambici; ordo prior habet pedes quattuor, alter tres tantum (⏖ ⏓ ⏑ ⏓ | ⏑ – – || ⏖ – | ⏑ ⏓ | ⏑ ⏒). In sede prima plerumque est anapaestus fugitivus, in secunda iambus, in tertia βάσις contracta (θέσις syncopata); post sedem quartam est diaeresis. Ordo secundus incipit etiam ab anapaesto, quem sequuntur duo iambi. Theses in pede primo et secundo et sexto saepe solvuntur in duas breves apud Catullum; e contrario breves duae anapaestorum in longam contrahuntur apud eundem poetam. — *Choliambus* fit ex senario iambico, quum in locum dipodiae tertiae ponimus Antispastum (⏓ – ⏑ – | ⏓ – ⏑ – | ⏑ – – ⏓). In pede quinto semper est iambus legitimus, in pede primo interdum anapaestus.

Catull. Carm. 61. Galliamb.

„Stimula|tus ubi | furenti || rabie, | vagus a|nimis
Devol|vit i|le acuto || sibi pon|dere si|licis."

Catull. Carm. 42, 6. 7. Choliamb.

„Fui liben|ter in tua | suburbana
Villa, malam|que pectore ex|spui tussim."

c. Ἀσυνάρτητοι.

§ 63. Quum in versu aliquo monoschematisto aut logaoedico θέσις alicujus pedis cum ἄρσι sequente in unam syllabam longam contrahitur, quod supra pedem contractum vel syncopatum secundum R. Westphal appellavimus; aut quum in versu ἄρσις aliquo loco, vel etiam θέσις eliditur eo modo, ut pausa rhythmi unius morae pro ἄρσι aut duarum morarum pro θέσι intercedat: tum versus quidam nascitur, quem *inconnexum* sive *asynartetum* (Hephaest.) dicimus; thesis enim ea ratione incurrit in thesin, arsis offendit arsin, legitimusque sublatus est connexus. — De *hexametro asynarteto*, qui vulgo pentameter dicitur, § 52 jam explicavimus; etiam logaoedos, qui sunt asynarteti, § 55, Tab. I enumeravimus: restat igitur quaerere, quinam versus asynarteti in metro iambico et trochaico reperiantur apud Latinos. — Fiunt autem asynarteti hoc modo:

<table>
<tr><td>Tetr. troch. catal.</td><td>—∪|—∪|—∪|—∪||—∪|—∪|—∪|— ˄</td><td>Syl. brev. eliditur.</td></tr>
<tr><td>» » asynar.</td><td>—∪|—∪|—∪|└—||—∪|—∪|—∪|— ˄</td><td>Fit pes contract.</td></tr>
<tr><td>» » »</td><td>—∪|—∪|—∪|⏓∧||—∪|—∪|—∪|— ˄</td><td>Pausa interc.</td></tr>
<tr><td>Tetr. iamb. acat.</td><td>∪—|∪—|∪—|∪—||∪—|∪—|∪—|∪—</td><td>S. brevis eliditur.</td></tr>
<tr><td>» » asyn.</td><td>∪—|∪—|∪└— —||∪—|∪—|∪—|∪—</td><td>P. contractus.</td></tr>
<tr><td>Tetr. troch. catal.</td><td>—∪|—∪|—∪|—∪||—∪|—∪|—∪|— ˄</td><td>Longa eliditur.</td></tr>
<tr><td>As.: { e dim. tr. acat. et dim. iamb. brach.</td><td>—∪|—∪|—∪|—∪||∧̄∪—|∪—|∪—</td><td>Paus. duar. mor.</td></tr>
<tr><td>Tetr. iamb. acat.</td><td>∪—|∪—|∪—|∪—||∪—|∪—|∪—|∪—</td><td>Long. eliditur.</td></tr>
<tr><td>» » asyn.</td><td>∪—|∪—|∪—|∪∧̄||∪—|∪—|∪—|∪—</td><td>Paus. duar. mor.</td></tr>
</table>

§ 64. Quae Mar. Victorinus libro III, 2, 8 habet de asynartetis: „Aut ex colo imperfecto et perfecto, aut ex

duobus colis imperfectis conciliantur metra", facile intelliguntur sic:

colum imperf. — col. perf.

⏓ — | ⏑ — | ⏓ — | ⏑ ⋀ || ⏓ — | ⏑ — | ⏓ — | ⏑ — ||

metrum sive versus.

col. imperf. — col. imperf.

— ⏑ | — ⏓ | — ⏑ | — ⋀ || — ⏑ | — ⏓ | — ⏑ | — ⋀ ||

metrum sive versus.

Sed difficillima haec sunt verba apud Aristidem p. 56 Meib.: „*Τούτων δὲ τὰ μὲν ἐκ δυοῖν μέτρων ἓν ἀποτελεῖ κῶλον, τὰ δὲ ἐκ μέτρου καὶ τομῆς, ἢ μέτρου καὶ τομῶν, ἢ ἐκ πασῶν τομῶν, ἢ ἀνάπαλιν τομῆς καὶ μέτρου* (*ἢ τομῶν*) *καὶ μέτρου.*" — Quid hoc loco sit *τομή*, quid *μέτρον*, quid *κῶλον*, optime apparebit sic:

Tetram. troch. acatal.

κῶλον — *κῶλον*

μέτρον — *μέτρον* — *μέτρον* — *μέτρον*

|| — ⏑ | — ⏓ | — ⏑ | — ⏓ || — ⏑ | — ⏓ | — ⏑ | — ⏓ ||

τομή *τομ.* *τομ.* *τομ.* *τομ.* *τομ.* *τομ.* *τομ.*

Cola sunt *versus membra* per diaeresin separata (Mar. Vict. I, 13, 2). *Μέτρον* hoc loco est *pedum duorum compositio*, nam Aristides scripsit: „*Τούτων δὲ τὰ μὲν ἐκ δυοῖν μέτρων ἓν ἀποτελεῖ κῶλον.*" *Τομή* non solum esse potest, quod incisio vel caesura, sed etiam propriore significatione *pars abscisa* sive caesum, quae notio verbi hoc loco valet; nam Aristides non dicit de *una* versus *τομή*, sed de compluribus tomis h. e. pedum partibus abscisis. — Itaque illa verba Aristidis sic intelligam:

Aristid. p. 56 Meib.	Tetram. trochaic. acatalect.
	κῶλον κῶλον —∪—⏓|—∪—⏓ ‖ —∪|—⏓|—∪|—⏓
„Τούτων δὲ τὰ μὲν ἐκ δυοῖν μέτρων ἓν ἀποτελεῖ κῶλον,	μέτρον μέτρον —∪|—⏓ —∪|—⏓ ‖
τὰ δὲ ἐκ μέτρου καὶ τομῆς,	—∪|—⏓‖—, ‖
ἢ μέτρου καὶ τομῶν,	—∪|—⏓‖—,∪|—, ‖
ἢ ἐκ πασῶν τομῶν,	—∪|—, ‖—∪|—,
ἢ ἀνάπαλιν τομῆς καὶ μετρου	μέτρον ‖ ,∪‖—∪|—⏓
ἢ τομῶν καὶ μέτρου.“	‖ ,∪|—,∪‖—∪|—⏓

Ita res bene se habent; emendatio autem hujus loci apud R. Westphal, Allgem. gr. Metr. p. 502—504 mihi non placet, quia simul cum sententia, verba fere omnia mutantur. Sed jam necesse est, ut illam interpretationem exemplis comprobem; sequuntur igitur versuum asynartetorum, quos apud Plautum et Terentium et Senecam inveni, schemata.

§ 65. *Asynarteti versus* metri trochaici et iambici apud Latinos:

N	Asynarteti.	Exempla.
	a. *Metri trochaici Asynart.*	
1	—∪|——|—∪|⏒ ‖—∪|——|—	Senec. Oedip. 405. 411.
2	∪∪⏓|—⏓|— ‖—∪——|⏒	*Sen.*Oed.473 .Ag.804.811.812. *Plaut.*Cur.115. Pseud.259.1109 1308. 1310. *Terent.* Andr. 635.
3	—∪|——|— ‖——|—∪|——	Senec. Agam. 801.
4	—∪|—∪|—‖—∪|——|—∪|——|⏒	Plaut. Rud. 952. 953.
5	—∪|—∪|—‖—∪|— ‖—∪|——|—	Plaut. Rud. 954. 955.
6	—∪|—‖—∪|—‖—∪|—∪|⏒	*Plaut.*Rud.200—203. Bacchid. 4. 621. 663—67. Pseud. 1112.
7	—∪|—‖—∪|—‖—∪|—‖—∪|—	*Plaut.* Capt. 213—24. *Terent.* Andr. 626—38.

N.	Asynarteti.	Exempla.
	b. *Metri iambici Asynart.*	
8	⏓ — | ⏑ — | ⏑ ⌊— — || — — | ⏑ — | ⏑ — |	Senec. Med. 860.
9	⏓ ⌊— ⏑⏑ | ⏑ ⌊— ⏑⏑ || ⏑ ⌊— ⏑⏑ | ⏓ ⌊— —	Plaut. Trinum. 223—231.
10	⏓ ⌊— — | ⏑ ⌊— — ||	Plaut. Trinum. 232.
11	⏓ — | ⏑ — | ⏑ ⌊— — || — ⏑ | — ⏑ | ⌊— | — ∧	Mar. Plotius 5, 14.

§ 66. Postremus eorum est versus *Saturnius*, qui non legitur apud Horatium („horridus numerus Saturnius“), ut Atil. Fortunatianus (II, 27, 2 Gaisf.) vult, quamvis fortasse versus iambelegicus (Epod. 13, 2) aliquid similitudinis habeat: sed in fragmentis tantum reperitur carminum antiquissimorum, quae duces ipsi erant consueti in tabulis publice ponere (G. Bernhardy, Röm. Liter. p. 188); in fragmentis etiam inscriptionum, quae in sepulcris Scipionum inveniebantur, et in exemplis, quae scriptores metrici Latini praebent. Est autem Saturnius, ut Atil. Fortun. I, 8, 4 et Mar. Victor. III, 18, 3 dicunt, versus *quadratus*, constans ex dimetro iambico et dimetro trochaico (Mar. Plot. 5, 14), quorum uterque in exitu habet: (⏑ — —), quod Diomedes III, 5, 24. 25 et Mar. Victor. III, 18, 8 appellant *pariambum* et Bacchium aut in medio versu (— — ⏑) Latium et Saturnium pedem. Sed hic pariambus nihil est aliud, quod *dipodia cum pede contracto vel syncopen passo* (⏑ ⌊— —); nam exempla supersunt (Mar. Victor. III, 18, 2), in quibus talis metri (⏑ — —) prima longa dissoluta est in trochaeum (⏑ — ⏑ —). Itaque, si omnes varietates versuum Saturniorum respicimus, schema erit hoc:

Dim. iamb. asyn. — Dim. troch. asyn.

|| ⏓ — | ⏓ — | ⏑ ⌊— — || — ⏑ | — ⏑ | ⌊— | ⏓ ∧ ||

Mar. Vict. III, 18, 2. „Turdis | eda|cibus | dolos || compa|ras a|mi|ce.“
Mar. Plot. 5, 14. „Mallum | dabunt | Metelli || Naevi|o po|e|tae.“
Bernhardy. Lit. p.189. „Consol, | censor, | aedilis || hic fu|et ap|ud | vos.“
Censorin. 2, 11. „Magnum | numerum | triumphat || hosti|bus de|vic|tis.“

§ 67. Numeris 7 et 9 versus asynartetos notavi, quos plerumque Creticos et Bacchicos tetrametros nominare solemus. Sed haec Plauti et Terenti metra, quum syllaba longa posterior vel prior interdum solvatur in trochaeum (–◡⁀–◡ pro –◡– et ◡⁀–◡– pro ◡––), Cretici et Bacchii temporum quinque esse non possunt; re vera potius *ea metra sint dipodiae trochaicae et iambicae contractae* (syncopatae) temporum sex. De talibus metris, quae speciem tantum Creticorum et Bacchiorum habent, nec tamen de Paeonibus legitimis, dici poterat in schol. Hephaest. p. 77: „*Ἡλιόδωρος δέ φησι κοσμίαν εἶναι τῶν παιωνικῶν τὴν κατὰ πόδα τομήν, ὅπως ἡ ἀνάπαυσις διδοῦσα χρόνον ἐξασήμους τὰς βάσεις ποιῇ καὶ ἰσομερεῖς ὡς τὰς ἄλλας.*“ H. e.:

(–◡–∧ | –◡–∧ | –◡–∧ || sive –◡⌴ | ⊥◡⌴ | –◡⌴).

Quae quum ita sint, appareat metra Plauti simplicia esse et non sine arte adhibita: supprimuntur enim in tetrametro quattuor arses, et jam sermo ingreditur cum gravitate et dignitate; interponuntur rursus hae arses, et statim sermo est citus et pedestris.

Plaut. Capt. 239. 240.

|| –◡ | ⌴ | –◡ | ⌴ || –◡ | ⌴ | –◡ | ⌴ ||
|| –◡ | –– | ◡◡◡ | –◡ || –– | –◡ | ◡◡◡ | ◡◡ᴗ̄ ||

„Nam secun¦dum pater | tu's pater | proxumus.
Audio. | Et prop|ter ea | saepi¦us ted|ut me¦mineris | moneo.“

Plaut. Bacch. 664. 665.

|| –◡ | ⌴ | –◡ | ⌴ || –◡ | –◡ | –∧ ||
|| –◡ | ⌴ | –◡ | ⌴ || –◡ | –◡ | ◡̲∧ ||

„Dempsit et | quid suo | reddi|dit pa|tri.
Si frugi'st, | Herculem | fecit | ex pa|tre.“

Plaut. Rud. 205, 206.

|| ◡⌴ – | ◡⌴ – || ◡⌴ – | ◡⌴ ⏑̲ ||
|| ◡̄⊥–◡– | ◡̄◡◡◡ | ◡⊥ || ◡̄⊥ | ◡◡◡◡ | ◡̄⊥ | ◡⊥ ||

„Ita hic so|la solis || locis con|potita?
Hic sa¦xa sunt, | hic mare | sonat, || nec mi ob|viam homo | quisquam | venit.“

§ 68. *De Natura Et Vi Metrorum.* — Priusquam ad strophas transimus, aliquid dicere opus est de natura et vi metrorum; igitur ex Aristide (p. 63—65 West.) eligam, quae cognitione sunt digniora, eaque convertam in Latinum. Habet autem is sic: Ii versus, qui *a thesi incipiunt*, ut trochaici et dactylici, placidiores sunt tranquillantque animum; qui autem *incipiunt ab arsi*, ut iambici et anapaesti, vehementius exagitant mentem.

Versus *acatalecti* et per omnes sedes integri, ut hexametri heroici in genere pari aut tetrametri iambici acatalecti in genere duplici, animum habent dignitatis; illi autem *catalectici* membrisque suis minus arcte conjuncti, ut septenarii iambici et trochaici, trimetri iambici catalectici, pentametri dactylici (hexam. asynart.), sunt dissolutiores et gravitate egentes.

Metri *genus par* (ἴσον) aequabilitate rhythmorum jucundissimum est et mitissimum; *genus duplex* διπλάσιον) est citum (Horat. de Arte poet. 252), assiduum, praeceps, saltationibus aptum; pedes *generis sescuplicis* (ἡμιολίου), ut Bacchici, vehementissime excitant et furore incendunt hominem; *Ionici pedes et choriambici* vim generis paris et duplicis habent, mixta est magnificentia cum hilaritate.

Quum metrum est *uniforme* (μονοσχημάτιστον), fit animus otii et pacis; metrum *multiforme* (πολυσχημάτιστον) tum delectat variatione rhythmi, tum transitionibus inopinatis mentem afficit.

Multi spondei, qui generi pari inmiscentur, efficiunt gravitatem; *multi pedes irrationales* (ἄλογοι) generi duplici inmixti, et *multae longae in breves solutae* (περίπλεω τῶν φθόγγων τὴν σύνθεσιν ἔχοντες Aristid.) deprimunt poeticum sermonem ad pedestrem; et *pedes fugitivi* (κύκλιοι, στρογγύλοι) semper brevitate temporis sunt alacriores, quam legitimi. —

At tamen cognitio metrorum non facit poetam, sed sua sponte ex poeta nascitur et sensus et forma. H. Ewald, d. Dichter d. Alten Bundes I, 1 p. 10 dicit: „Schon weil nicht jeder einmahl zu so schwunghafter erregtheit sich erheben und dann darin zugleich so herrlich ebenmafs und zahl halten kann, ist dichtung von vorne an nicht jedermann's sache. Allein theils kann die art und der inhalt des gedankens welcher in solcher erregtheit dennoch seine klarheit und seine erschöpfung sucht, theils auch die stimmung und fassung des dichters selbst in bezug auf ihn von anfang an höchst verschieden sein. Dadurch kann also auch die sich in seinem geiste entzündende erregtheit und die aus dieser hervorströmende bewegung selbst sich von vorne an verschieden gestalten, *noch erregter als sonst oder umgekehrt ruhiger, ernster oder leichter, und das alles in vielfacher abstufung.* Ist zumal

eine grundart aller dichterrede erst einmahl gegeben, so gestaltet sich diese leicht nach solchen feineren unterschieden immer verschiedener."

E. De Carminibus.

§ 69. Ex versibus carmina componuntur aut *κατὰ στίχον* (ut Graeci dicunt, Mar. Vict. I, 13, 3), quum versus ejusdem qualitatis et longitudinis repetuntur; aut *κατὰ σύστημα* (Mar. Vict. I, 15, 3), quum versus minores aut membra versuum conjunguntur periodis quibusdam (Mar. Vict. I, 13, 8); aut *κατὰ στροφήν* (Mar. Vict. I, 16), quum versus qualitate vel longitudine varii inter se copulantur lege aliqua symetriae concinnitatisque.

a. Compositio *κατὰ στίχον*.

§ 70. Quattuor partes omnium versuum Latinorum *κατὰ στίχον* compositae sunt, et imprimis hexametri dactylici et senarii iambici huic compositioni sunt accommodati. Tum octonarii et septenarii generis duplicis, anapaestici etiam octonarii frequentissime *κατὰ στίχον* leguntur apud Plautum et Terentium. Trimetros iambicos praebet Horatius epodo XVII; tetrametri trochaici catalectici et tetrametri iambici acatalecti *κατὰ στίχον* sunt apud Senecam. Catullus et Martialis permultis carminibus utuntur choliambis et Phalaeciis hendecasyllabis *κατὰ στίχον*; sed rarius eo modo ceteri versus logaoedici reperiuntur. Horatius quidem sex carminibus habet Asclepiadeos; Catullus tribus Priapeos et uno carmine Galliambos *κατὰ στίχον*; Seneca praeter eos componit *κατὰ στίχον* versus Sapphicos minores et Glyconios. — Duobus tamen exemplis contentus ero.

Lucret. de Rerum Natur. I, 1—9. Hexam.

„Aeneadum genitrix, hominum divomque voluptas,
Alma Venus coeli subter labentia signa
Quae mare navigerum, quae terras frugiferenteis
Concelebras; per te quoniam genus omne animantum
Concipitur visitque exortum lumina solis:
Te, dea, te fugiunt venti, te nubila coeli,
Adventumque tuum; tibi suaveis daedala tellus
Submittit flores; tibi rident aequora ponti,
Placatumque nitet diffuso lumine coelum."

Martial. XII, 8. Phalaecii hendecasyll.

„Terrarum dea gentiumque Roma,
Cui par est nihil et nihil secundum,
Trajani modo laeta quum futuros
Tot per saecula computaret annos,
Et fortem juvenemque Martiumque
In tanto duce militem videret;
Dixit praeside gloriosa tali:
Parthorum proceres ducesque Serum,
Thraces, Sauromatae, Getae, Britanni,
Possum ostendere Caesarem; venite."

b. Compositio *κατὰ σύστημα.*

§ 71. Minima pars versuum *κατὰ σύστημα* est composita, et tres tantum species apud Latinos invenire potui. Horatius enim *decem Ionicos a minore* uno tamen carmine (C. G. Zumpt, Lat. Gramm. § 853) redegit in systema. Seneca etiam cantica tragoediarum ex systematibus construere solitus est, quae systemata ipsae modo ex *dipodiis anapaesticis* modo ex *membris logaoedicis* (Luc. Muelleri De Re Metric. p. 123—130) constant, sic:

Systemata apud Senec., quae constant ex membris logaoedicis.

Ag. 814—827.

„Aurora movit	ad solitas vices	V membra	––⏑–⏑	–⏑⏑–⏑–	a b
caput et relabens	imposuit seni		⏑⏑–⏑––	–⏑⏑–⏑–	a b
	collum marito.			––⏑–⏓	a
Sensit et ortus,	sensit occasus	XV membra	–⏑⏑–⏓	–⏑––⏑	c d
Herculem nasci:	violentus ille		–⏑–––	⏑⏑–⏑–⏑	d a
nocte non una	poterat creari.		–⏑–––	⏑⏑–⏑––	d a
Tibi concitatus	substitit mundus.		⏑⏑–⏑–⏓	–⏑––⏑	a d
O puer magnum	subiture caelum		–⏑––⏑	⏑⏑–⏑–⏓	d a
Te [dein] sensit	Nemeaeus arto		–⏑–––	⏑⏑–⏑––	d a
pressus lacerto	fulmineus leo		–⏑⏑––	–⏑⏑–⏑–	c b
	cervaque Parrhasis;			–⏑⏑–⏑⏑	b
Sensit Arcadii	populator agri,	V membra	–⏑–⏑⏑–	⏑⏑–⏑––	d a
gemuitque taurus	Dictaea linquens		⏑⏑–⏑––	––⏑––	a a
	horridus arva.“			–⏑⏑–⏑	c

Non sine arte, ut videmus, talia systemata facta sunt. Dipodias autem anapaesticas sic composuit Seneca:

Systemata ex dipodiis anapaesticis composita apud Senec. Hippol. 76—85.

„Retia vinctas	tenuere feras;	XIII dipodiae anapaesticae	— ⏕ | — — ‖ ⏑⏑ — | ⏑⏑ —
Nulli laqueum	rupere pedes;		— — | ⏑⏑ — ‖ — — | ⏑⏑ —
Fertur plaustro	praeda gementi;		— — | — — ‖ — ⏕ | — —
Tum rostra canes	sanguine multo		— — | ⏑⏑ — ‖ — ⏕ | — —
Rubicunda gerunt,	repetitque casas		⏑⏑ — | ⏑⏑ — ‖ ⏑⏑ — | ⏑⏑ —
Rustica longo	turba triumpho		— ⏕ | — — ‖ — ⏕ | — —
	En, diva faves;		‖ — — | ⏑⏑ —
Signum arguti	misere canes;	VI dip. anap.	— — | — — ‖ — — | ⏑⏑ —
Vocor in silvas.	Hac, hac pergam,		⏑⏑ — | — — ‖ — — | — —
Qua via longum	compensat iter.“		— ⏕ | — — ‖ — — | ⏑⏑ —

Horat. Carm. III, 12, 1—4. Syst. ex Ion. a min.

„Miserarum est | neque amori
Dare ludum | neque dulci
Mala vino | lavere aut ex|animari
Metuentes | patruae ver|bera linguae.“

c. Compositio κατὰ στροφήν.

§ 72. Viginti stropharum formae reperiuntur apud Latinos, quarum quindecim habet Horatius, duas praeterea Catullus, unam et Seneca, quibus addendum est carmen elegiacum. Collocatis primum schematibus uno in conspectu omnia videbimus.

N.	Stropharum et Epodon schemata.	Nomin. et exempla.
	a. *Apud Horatium.*	
1	‴–⏑⏑ | – ⏑⏑ | –́, ⏑⏑ | – ⏑⏑ | ″–⏑⏑ | – ⏓ | ″– ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | ⏑́ ‴–⏑⏑ | – ⏑⏑ | –́ ⏑⏑ | – ⏑⏑ | ″–⏑⏑ | – ⏓ | ″– ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | ⏓′ | *	*Archilochiae* stroph. et epod. Horat. Carm. IV, 7.
2	‴ ⏑⏑ | – ⏑⏑ | –́, ⏑⏑ | – ⏑⏑ | ″–⏑⏑ | – ⏓ ⏒ ″– | ⏑ – | ⏒ –́ | ⏑ – ‖ ″– ⏑⏑ | – ⏑⏑ | ⏓′	Horat. Epod. 13.
3	⏒ ″– | ⏑ – | ⏒, ‴– | ⏑ – | ⏒ –́ | ⏑ ⏓ ″– ⏑ ⏑ | –⏑⏑ | ⏓′ ‖ ⏒ ″– | ⏑ – | ⏒ –́ | ⏑ ⏓	Horat. Epod. 11.
4	″–⏑⏑ | – ⏑⏑ | –́, ⏑⏑ | –⏑⏑ ‖ ″–⏑ | –⏑ | –́⏒ ⏒ ″– | ⏑ – | ⏒, ‴– | ⏑ – | ⏑ –́ | ⏒ ″– ⏑⏑ | – ⏑⏑ | –́ ⏑⏑ | –⏑⏑ ‖ ″–⏑ | –⏑ | –́⏒ ⏒ ″– | ⏑ – | ⏒, ‴– | ⏑ – | ⏑″– | ⏒	Horat. Carm. I, 4.
5	⏒ ″– | ⏑ – | ⏒ ‴– | ⏑ – | ⏒ –́ | ⏑ ⏓ ⏒ ″– | ⏑ – | ⏒ –́ | ⏑ ⏓ |	Distichon iambicum, Hor. Epod. 1—10. Sen. Med. 773—787.
6	″– – | – ⏑ ⏑ | –́ ⏑ | ⏓ ‴ – | – ⏑ ⏑ | ⏑́ | ″– ⏑ ⏑ | – ⏑ | ⏓′ ″– – | – ⏑ ⏑ | –́ ⏑ | ⏓ ‴ – | – ⏑ ⏑ | ⏑́ | ″– ⏑ ⏑ | – ⏑ | ⏓′	Stroph. *Asclepiadeae.* Horat. Carm. I, 3.
7	‴ – | – ⏑ ⏑ | ⏑́ | ″– ⏑ ⏑ | – ⏑ | ⏓′ ‴ – | – ⏑ ⏑ | ⏑́ | ″– ⏑ ⏑ | – ⏑ | ⏓′ ‴ – | – ⏑ ⏑ | ⏑́ | ″– ⏑ ⏑ | – ⏑ | ⏓′ | ″– – | – ⏑ ⏑ | –́ ⏑ | ⏓	Horat. Carm. I, 6.
8	‴ – | – ⏑ ⏑ | ⏑́ | ″– ⏑ ⏑ | – ⏑ | ⏓′ ‴ – | – ⏑ ⏑ | ⏑́ | ″– ⏑ ⏑ | – ⏑ | ⏓′ | ″– – | – ⏑ ⏑ | –́ ⏒ | | ″– – | – ⏑ ⏑ | –́ ⏑ | ⏓	Horat. Carm. I, 5.

<table>
<tr><th>N.</th><th>Stropharum et Epodon schemata.</th><th>Nomin. et exempla.</th></tr>
<tr><td>9</td><td>—‴ ⏑ | — — | —́, ⏑⏑ | — ⏑ | —″ ⏓
—‴ ⏑ | — — | —́, ⏑⏑ | — ⏑ | —″ ⏓
—‴ ⏑ | — — | —́, ⏑⏑ | — ⏑ | —″ ⏓
—″ ⏑⏑ | —́ ⏓</td><td>Sapphicae.
Catull. 11.
Senec. Med. 580–607.
Hor. Carm. I, 2.
Statii Silv. IV, 7.</td></tr>
<tr><td>10</td><td>—″ ⏑⏑ | — ⏑ | —́ ⏓
—″ ⏑ | — — | —́, ⏑⏑ | ⊔ | —″ ⏑⏑ | — ⏑ | —́ ⏓
—″ ⏑⏑ | — ⏑ | —́ ⏓
—″ ⏑ | — — | —́, ⏑⏑ | ⊔ | —″ ⏑⏑ | — ⏑ | —́ ⏓</td><td>Horat. Carm. I, 8.</td></tr>
<tr><td>11</td><td>—‴ ⏖ | — ⏖ | —́, ⏖ | — ⏖ | —″ ⏑⏑ | — ⏒
⏓ —″ | ⏑ — | ⏓ —́ | ⏑ ⏒</td><td>Pythiambicae.
Horat. Epod. 14.</td></tr>
<tr><td>12</td><td>—‴ ⏖ | — ⏖ | —́, ⏖ | — ⏖ | —″ ⏑⏑ | — ⏒
⏑ —″ | ⏑ — | ⏑, —‴ | ⏑ — | ⏑ —́ | ⏑ ⏒</td><td>Horat. Epod. 16.</td></tr>
<tr><td>13</td><td>⏓ —″ | ⏑ — | ⏓, —‴ | ⏑⏑ — | ⏑ ⏒′
⏓ —″ | ⏑ — | ⏓, —‴ | ⏑⏑ — | ⏑ ⏒′
⏓ —́ | ⏑ — | ⏓, —″ | ⏑ — | ⏓
—″ ⏑⏑ | — ⏑⏑ | —́ ⏑ | — ⏓</td><td>Alcaica.
Horat. Carm. I, 9.
Stat. Silv. IV, 5.</td></tr>
<tr><td>14</td><td>—‴ ⏖ | — ⏖ | —́, ⏖ | — ⏖ | —″ ⏑⏑ | — ⏒
—″ ⏖ | — ⏖ | —́ ⏑⏑ | — ⏒
—‴ ⏖ | — ⏖ | —́, ⏖ | — ⏖ | —″ ⏑⏑ | — ⏒
—″ ⏖ | — ⏖ | —́ ⏑⏑ | — ⏒</td><td>Alcmania.
Horat. Carm. I, 7.</td></tr>
<tr><td>15</td><td>—″ ⏑ | — ⏑ | —́ ⏑ | ⏒
⏓ —″ | ⏑ — | ⏓, —‴ | ⏑ — | ⏑ —́ | ⏓
—″ ⏑ | — ⏑ | —́ ⏑ | ⏒
⏓ —″ | ⏑ — | ⏓, —‴ | ⏑ — | ⏑ —́ | ⏓</td><td>Hipponactea.
Horat. Carm. II, 18.</td></tr>
</table>

N.	Stropharum schemata.	Nom. et exempla.
	b. *Apud Catullum.*	
16	–″ ⏑ | – ⏑ ⏑ | –′ ⏑ | ⏓′	*Glyconiae.*
	–″ ⏑ | – ⏑ ⏑ | –′ ⏑ | ⏓′	
	–″ ⏑ | – ⏑ ⏑ | –′ ⏑ | ⏓′	Catull. Carm. 32.
	–″ ⏑ | – ⏑ ⏑ | –′ ⏒	
17	Altera quater repetit vers. Glyconium.	Catull. Carm. 59.
	c. *Apud Senecam.*	
18	–‴ ⏒ | – – | –′, ⏑ ⏑ | – ⏑ | –″ ⏒	Senec. Med. 608—652.
	–‴ ⏒ | – – | –′, ⏑ ⏑ | – ⏑ | –″ ⏒	
	–‴ ⏒ | – – | –′, ⏑ ⏑ | – ⏑ | –″ ⏒	*Sapphica.*
	–‴ ⏒ | – – | –′, ⏑ ⏑ | – ⏑ | –″ ⏒	
	–‴ ⏒ | – – | –′, ⏑ ⏑ | – ⏑ | –″ ⏒	
	–‴ ⏒ | – – | –′, ⏑ ⏑ | – ⏑ | –″ ⏒	
	–‴ ⏒ | – – | –′, ⏑ ⏑ | – ⏑ | –″ ⏒	
	–‴ ⏒ | – – | –′, ⏑ ⏑ | – ⏑ | –″ ⏒	
	–′ ⏑ ⏑ | – ⏒	
19	Altera duplicem habet longitudinem.	
	d. *Apud elegiarum scriptores.*	
20	–‴ ⏕ | –′ ⏕ | –″ ⏕ | –′, ⏕ | –″ ⏑⏑ | –′ ⏓	*Distichon elegiacum.*
	–‴ ⏕ | –′ ⏕ | ⌣′′ | –‴ ⏑ ⏑ | –′ ⏑⏑ | ⏓″	Ovid. Trist. Libri.

§ 73. Strophae, quae ab *Archilochi* nomine appellantur, quinque adsunt (Nr. 1—5); earum prima constat ex hexametro et Archilochio versu minore (–′ ⏑ ⏑ \| – ⏑ ⏑ \| –). Haec stropha magnam similitudinem et compositione et animo cum disticho elegiaco habet.

Horat. Carm. IV, 7.

„Diffu|gere ni|ves, rede|unt jam | gramina | campis
Arbori|busque co|mae;
Mutat | terra vi|ces, et | decres|centia | ripas
Flumina | praetere|unt.“

b. Secunda est epodos ex versu hexametro et iamb-elegico (⏓ ⏗ | ⏑ — | ⏓ ⏗ | ⏑ — || ⏗ ⏑ ⏑ | — ⏑ ⏑ | ⏗′) composita sic:

Horat. Epod. 13.

„Horrida | tempe|stas cae|lum con|traxit et | imbres,
Nives|que de|ducunt | Jovem; | nunc mare | nunc sil|vae.“

c. Tertia Archilochi etiam est epodos, quae constat ex trimetro iambico (⏓ ⏗ | ⏑ — | ⏓, ⏗ | ⏑ — | ⏓ ⏗ | ⏑ ⏗) et versu elegiambico (⏗ ⏑ ⏑ | — ⏑ ⏑ | ⏗′ || ⏓ ⏗ | ⏑ — | ⏓ ⏗ | ⏑ ⏗).

Horat. Epod. 11.

„Petti, | nihil | me si|cut an|tea | juvat
Scribere | versicu|los || amore per|cussum gravi.“

d. Quarta est stropha ex versu Archilochio majore (⏗ ⏑ ⏑ | — ⏑ ⏑ | ⏗, ⏑ ⏑ | — ⏑ ⏑ || ⏗ ⏑ | — ⏑ | ⏗ ⏓) et trimetro iambico catalectico composita.

Horat. Carm. I, 4.

„Solvitur | acris hi|ems gra|ta vice || veris | et Fa|voni,
Trahunt|que sic|cas ma|chinae | cari|nas;
Ac neque | jam stabu|lis gau|det pecus || aut a|rator | igni,
Nec pra|ta ca|nis al|bicant | prui|nis.“

e. Quinta est distichon iambicum, quod trimetris et dimetris variat; hoc Horatius secundum Archilochum praecipue usus est in epodis (Epod. 1—10).

Horat. Epod. 2.

„Bea|tus il|le, qui | procul | nego|tiis
Ut pri|sca gens | morta|lium.“

§ 74. Sequuntur tres strophae, quae *Asclepiadeae* nominantur: a. Earum prima componitur ex Glyconio

(—́ — | — ⏑ ⏑ | —́ ⏑ | ⏑́) et Asclepiadeo versu minore (—́ —́ | — ⏑ ⏑ | —́ || —́ ⏑ ⏑ | — ⏑ | ⏑́).

Horat. Carm. III, 9.

„Donec | gratus e|ram ti|bi,
Nec quis|quam poti|or || brachia | candi|dae
Cervi|ci juve|nis da|bat:
Persa|rum vigu|i || rege be|ati|or.“

b. Altera constat ex versu Asclepiadeo minore ter repetito et Glyconio sequente, sic:

Horat. Carm. IV, 5.

„Divis | orte bo|nis, || optime | Romu|lae
Custos | gentis, ab|es || jam nimi|um diu:
Matu|rum redi|tum || pollici|tus pa|trum
Sancto | concili|o, re|di!“

c. Tertia incipit a duobus Asclepiadeis minoribus (—́ — | — ⏑ ⏑ | —́ || —́ ⏑ ⏑ | — ⏑ | ⏑́), sequuntur Pherecrateus (—́ — | — ⏑ ⏑ | —́ ⏓) et Glyconius (—́ — | — ⏑ ⏑ | —́ ⏑ | ⏑́).

Horat. Carm. I, 21.

„Dia|nam tene|rae || dicite | virgi|nes,
Inton|sum pue|ri || dicite | Cynthi|um,
Lato|namque su|premo
Dile|ctam peni|tus Jo|vi.“

§ 75. Duae sunt apud Horatium *Sapphicae* strophae: a. Illa composita est e tribus versibus Sapphicis minoribus (—́ ⏑ | — — | —́, ⏑ ⏑ | — ⏑ | —́ ⏓) et versu Adonio (—́ ⏑ ⏑ | —́ ⏓).

Horat. Carm. II, 10.

„Recti|us vi|ves, Lici|ni, ne|que altum
Semper | urgen|do, neque | dum pro|cellas
Cautus | horres|cis nimi|um pre|mendo
Litus in|iquum.“

b. Stropha Sapphica major concinnatur ex versu Aristophaneo (—́ ⏑ ⏑ | — ⏑ | —́ ⏓) et Sapphico majore (—́ ⏑ | — — | —́, ⏑ ⏑ | —́ || —́ ⏑ ⏑ | — ⏑ | —́ ⏓).

Horat. Carm. I, 8.

„Lydia | dic per | omnes
Te de|os o|ro, Syba|rin || cur prope|res a|mando
Perdere; | cur a|pricum
Ode|rit Cam|pum, pati|ens || pulveris | atque | solis!“

§ 76. Duae etiam sunt, quae *Pythiambicae* dicuntur, quarum altera per hexametrum dactylicum et dimetrum iambicum ingreditur, sic:

Horat. Epod. 14.

„Mollis in|ertia | cur tan|tam dif|fuderit | imis
Obli|vio|nem sen|sibus.“

b. Altera hexametro variat et trimetro iambico, cujus exemplum unicum apud Horatium erit hoc:

Horat. Epod. 16.

„Altera | jam teri|tur bel|lis ci|vilibus | aetas,
Suis | et ip|sa Ro|ma vi|ribus | ruit.“

§ 77. Supersunt stropha *Alcaica*, quae frequentissima omnium est (carminibus XXXVII apud Horatium, uno carmine apud Statium), stropha *Alcmania*, stropha *Hipponactea* sive trochaica.

a. Alcaica versum hendecasyllabum (⏓ –́ | ⏑ – | ⏓, –́ | ⏑⏑ – | ⏑ ⏑̲′) bis repetitum, deinde dimetrum iambicum hypercatalectum et decasyllabum Alcaicum (–́ ⏑⏑ | – ⏑⏑ | –́ ⏑ | – ⏓) complectitur.

Horat. Carm. II, 9.

„Non sem|per im|bres nu|bibus hi|spidos
Manant | in a|gros aut | mare Ca|spium
Vexant | inae|quales | procel|lae
Usque, nec | Armeni|is in | oris.“

b. Stropha *Alcmania* continet hexametrum et tetrametrum dactylicum sic:

Horat. Carm. I, 7.

„Lauda|bunt ali|i cla|ram Rhodon | aut Myti|lenen,
Aut Ephe|son bima|risve Co|rinthi
Moenia, | vel Ba|ccho The|bas vel A|polline | Delphos
Insi|gnes, aut | Thessala | Tempe."

c. Stropha *Hipponactea* cognominata componitur ex dimetro trochaico catalectico et trimetro iambico catalectico.

Horat. Carm. II, 18.

„Non e|bur ne|que aure|um
Mea | reni|det in | domo | lacu|nar
Non tra|bes Hy|metti|ae
Premunt | colum|nas ul|tima | reci|sas."

§ 78. Praeter has apud *Catullum* quoque paucae strophae leguntur, quae e tribus vel quattuor Glyconiis (⏗ ⏒ | — ⏑ ⏑ | ⏑́ ⏑ | ⏑̲) cum Pherecrateo (⏗ ⏒ | — ⏑ ⏑ | ⏑́ ⏒) sequente compositae sunt. — Etiam *Seneca* in tragoediis duas strophas longiores ex versibus Sapphicis (VIII aut XVI) hendecasyllabis (⏗ ⏒ | — — | ⏑́ ⏑ ⏑ | — ⏑ | ⏗ ⏒) fecit cum Adonio (⏗ ⏑ ⏑ | ⏑́ ⏒) clausula.

Senec. Med. 635—643.

„Stravit | Alci|des Aqui|lone | natos;
Patre | Neptu|no geni|tum ne|cavit,
Sume|re innume|ras soli|tum fi|guras;
Ipse | post ter|rae pela|gique | pacem,
Post fe|ri Di|tis pate|facta | regna,
Vivus | arden|ti recu|bans in | Oeta,
Praebu|it sae|vis sua | membra | flammis,
Tabe | consum|tus gemi|ni cru|oris,
Munere | nuptae."

Catull. Carm. 59.

„Collis | o Heli|coni|i
Cultor, | Urani|ae ge|nus,
Qui ra|pis tene|ram ad vi|rum
Virgi|nem, o Hyme|naee Hy|men
Hymen | o Hyme|naee."

§ 79. Seriem stropharum apte claudemus *disticho elegiaco*, quod componitur ex hexametro heroico et hexametro asynarteto (–́⏑⏑ | –́⏑⏑ | –́ | –́⏑⏑ | –́⏑⏑ | –́∧). Hoc metro enim plurimi poetarum (alii magis aliis) usi sunt: Catullus, (Virgilius Catalect. 1. 6. 9. 10. 11—14), Tibullus, Propertius, Ovidius, Martialis. Horatius autem non habet distichon elegiacum, sed iambicum, ut supra diximus.

Propert. I, 8, 19. 20.

„Mi neque a|more ali|am neque ab | hac dis|cedere | fas est:
Cynthia | prima fu|it, || Cynthia | finis e|rit.“

§ 80. Quum demum illam compositionem ex stropha et antistropha et epodo respiciam, nihil invenio Latinorum, quod conferre possim; nam chorus quidam apud Senecam vix speciem similitudinis habet.

Senec. Oedip. 402—506.

Hexametri	2
Membra logaoed.	17
Sapph. hendec.	$12^1/_2$
Hexametri	3
Dimetri anap.	$12^1/_2$
Hexametri	4
Tetrametri dact.	17
Hexametri	6
Sapph. hendec.	55
Hexametri	6

Itaque quamvis „exemplaria Graeca nocturna diurnaque versaverint manu“ (Hor. de Art. poet. 268), quamvis omnia tentaverint Romani: longe tamen abfuerunt ab illa perfectione artis, qua Graeci usque etiam ad hoc tempus non sunt superati.

Comp.	Nr.	Logaoedici versus.
		b. **Iamb — anapaesti**
Anapaestus conjunct. cum Iambis	31	⏑⏑ — | ⏑ — | ⏑
	32	⏑⏑ — | ⏑ — | — — | ⏑ — | ⏒ — |
	33	⏒ — | ⏑⏑ — | ⏑ — | ⏒
	34	⏒ — | ⏑ — | ⏒ — | ⏑⏑ — | ⏒
	35	⏒ — | ⏑ — | ⏒ — | ⏑⏑ — | ⏑ × |
	36	⏒ — | ⏑ — | ⏒ — | ⏑⏑ — | ⏑ — |
Anapaesti plures inter Iambos mixt.	37	⏑⏑ — | ⏑ — | ⏒ — | ⏑⏑ — | ⏒
	38	⏑⏑ — | ⏑ — | ⏒ — | ⏑/⏑⏑ — | ⏒ × |
	39	⏑⏑ — | ⏑ — | ⏒ — | ⏑⏑ — | ⏑ — |
	40	⏒ — | ⏑⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑⏑ — |
	41	⏒ — | ⏒ — | ⏑⏑ — | ⏑⏑ — | ⏑⏑ — |
	42	⏑⏑ — | ⏑ — | ⏒ — | ⏑⏑ — | ⏑⏑ — |
Iamb. Anapaest. asynarteti	43	⏑⏑ — | ⏑ └ | — ⏑ | — ⏑ |
	44	⏑⏑ — | ⏑⏑ └ | — ⏑ | — — | ×
	45	⏑/⏑⏑ — | ⏑ — | ⏒ ∧ ‖ ⏑/⏑⏑ — | ⏑ — |
	46	⏑⏑ — | ⏑ — | ⏑ └ — ‖ ⏑⏑ — |
	47	⏑⏑ — | ⏑ — | ⏑ └ — ‖ ⏑⏑ — |
g. Asynart. im ἀντίθεσ.	48	— ⏑/⏑⏑ | — ⏒ | — ⏒ ‖ ⏑⏑ — | ⏒ — | ∧
	49	— ⏑⏑ | — ⏑⏑ | × ∧ ‖ ⏒ — | ⏑ — |

Comp.	Nr.	Logaoedici versus.	Poetae.	Exempla.
		a. Dactylo - trochaici.		
Dact. in prim. sedu	1	— ⏑⏑ | — ⏑ | ⏓	Senec.	Agam. 824.
	2	— ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Horat. Senec.	Hor. Carm. I, 8, 1.
	3	— ⏑⏑ | — ⏒ | — ⏒ | — ⏑ | ⏓	Senec.	Agam. 604.
	4	— ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒ | — ⏑ | — ⏒ |	Senec.	Oed. 720. Ag. 596.
Dactyl. in sed. secund.	5	— ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏒ |	Catul. Hor. Sen.	Cat. 32, 12.
	6	— ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏑ | ⏓	Cat. Hor. Sen.	Cat. 32, 9—11.
	7	— ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Senec.	Ag. 603. 822.
	8	— ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏒ | — ⏑ | — ⏒ |	Cat. Sen. Mart. Stat.	Mart. Epigr. XII, 80.
	9	— ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏒ | — ⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Senec.	Agam. 623.
	10	— ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒ | — ⏑ | — ⏑ | ⏓	Senec.	Agam. 607.
Dact. in sede tert. et quart.	11	— ⏑ | — — | — ⏑⏑ | — ⏒ |	Senec.	Agam. 493.
	12	— ⏒ | — ⏒ | —, ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒	Cat. Hor. Sen. Stat.	Stat. Silv. IV, 7.
	13	— ⏑ | — ⏑ | — ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏑ — | ⏒ |	Senec.	Agam. 616.
Dactyli complures	14	— ⏑⏑ | — ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Hor. Sen. Statius.	Hor. Carm. II, 1, 8.
	15	— ⏑⏑ | — ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Senec.	Ag. 629. 630. 857.
	16	— ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Senec.	Oed. 413. 476. Ag. 847.
	17	— ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Senec.	Oedip. 410.
	18	— ⏒⏑ | — ⏒⏑ | —, ⏒⏑ | — ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Horat.	Hor. Carm. I, 4, 1.
Dactylo-troch. c. p. contract. siv. logaoed.-asynart.	19	— ⏑ | — ⏒ | └─ ‖ — ⏑⏑ | — ⏒ |	Senec.	Oedip. 475.
	20	— ⏑⏑ | — ⏑ | └─ ‖ — ⏒ | — ⏑ | ⏓	Senec.	Agam. 619.
	21	— ⏑⏑ | — ⏑ | └─ ‖ — ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Senec.	Agam. 497.
	22	— ⏒ | — ⏑⏑ | └─ ‖ — ⏑⏑ | — ⏑ | ⏓	Horat. Senec.	Hor. Carm. I, 1, 1.
	23	— ⏑ | — ⏑⏑ | └─ ‖ — ⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Senec.	Oedip. 488.
	24	— ⏑ | — — | — — | └─ ‖ — ⏑⏑ | — ⏑ | —	Senec.	Oed. 490.
	25	— ⏑⏑ | — ⏑ | — — | └─ ‖ — ⏑⏑ | —	Senec.	Oedip. 406.
	26	— ⏑ | — ⏒ | —, ⏑⏑ | └─ ‖ — ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏒ |	Horat.	Hor. Carm. I, 8, 2.
	27	— ⏒ | — ⏑⏑ | — ⏑ | └─ ‖ — ⏑ | — ⏑⏑ | — ⏒ |	Catull.	Cat. Carm. 18.
	28	— ⏑ | — ⏑⏑ | — ⏑ | └─ ‖ — ⏑ | — ⏑⏑ | — ⏑ | ⏓	Senec.	Agam. 841.
	29	— ⏑⏑ | — ⏑⏑ | — ⏑ | — ⏑ | └─ ‖ — ⏑⏑ | — ⏒ |	Senec.	Agam. 634.
	30	— ⏒ | — ⏑⏑ | └─ ‖ — ⏑⏑ | └─ ‖ — ⏑⏑ | — ⏑ | ⏓	Horat.	Hor. Carm. IV, 10.

	Poetae.	Exempla.
	Senec.	Agam. 626.
	Senec.	Agam. 843. 844.
	Senec.	Oedip. 484.
	Senec.	Agam. 605. 610. 615.
	Hor. Sen. Stat.	Horat. Carm. III, 1, 1. 2.
⏒	Senec.	Agam. 613.
	Senec.	Oed. 489. 493.
	Senec.	Oed.483.717.718. Ag.820.832.
⏒	Senec.	Agam. 803.
⏑ — | ⏒	Senec.	Agam. 608.
	Senec.	Agam. 611.
⏒ — | ⏒	Senec.	Oedip. 413.
	Senec.	Agam. 624.
	Senec.	Agam. 811.
⏒	Senec.	Oed. 481. 731. 486. 500. 712. Ag. 632. 826. 829. 856. 846.
⏑ ⏕ | ⏑ — |	Catull. Senec.	Cat. Carm. 61.
⏑ — | ⏑ — ⏒	Senec.	Med. 852—864.
⏒	Senec.	Agam. 601. 852.
⏒ — | ⏑ — |	Horat.	Horat. Epod. 11, 2.

Comp.	Nr.	Logaoedici versus.	Poetae.	Exempla.
		b. Iamb — anapaesti.		
Anapaestus conjunct. cum Iambis	31	∪∪— | ∪ — | ∪	Senec.	Agam. 626.
	32	∪∪— | ∪ — | — — | ∪ — | ⏓ — |	Senec.	Agam. 843. 844.
	33	⏓ — | ∪∪— | ∪ — | ⏓	Senec.	Oedip. 484.
	34	⏓ — | ∪ — | ⏓ — | ∪∪— | ⏓	Senec.	Agam. 605. 610. 615.
	35	⏓ — | ∪ — | ⏓ — | ∪∪— | ∪ × |	Hor. Sen. Stat.	Horat. Carm. III, 1, 1. 2.
	36	⏓ — | ∪ — | ⏓ — | ∪∪— | ∪ — | ⏓	Senec.	Agam. 613.
Anapaesti plures inter Iambos mixt.	37	∪∪— | ∪ — | ⏓ — | ∪∪— | ⏓	Senec.	Oed. 489. 493.
	38	∪∪— | ∪ — | ⏓ — | ⏓⏓— | ⏓ × |	Senec.	Oed.483.717.718. Ag.820.832.
	39	∪∪— | ∪ — | ⏓ — | ∪∪— | ∪ — | ⏓	Senec.	Agam. 803.
	40	⏓ — | ∪∪— | ∪ — | ∪ — | ∪∪— ‖ ∪ — | ⏓	Senec.	Agam. 608.
	41	⏓ — | ⏓ — | ∪∪— | ∪∪— | ∪∪— ‖	Senec.	Agam. 611.
	42	∪∪— | ∪ — | ⏓ — | ∪∪— | ∪∪— ‖ ⏓ — | ⏓	Senec.	Oedip. 413.
Iamb. Anapaest. asynarteti	43	∪∪— | ∪ ⊥ | — ∪ | — ∪ |	Senec.	Agam. 624.
	44	∪∪— | ∪∪⊥ | — ∪ | — — | ×	Senec.	Agam. 811.
	45	∪∪— | ∪ — | ⏓ ∧ ‖ ⏓⏓— | ∪ — ‖ ⏓	Senec.	Oed. 481. 731. 486. 500. 712. Ag. 632. 826. 829. 856. 846.
	46	∪∪— | ∪ — | ∪ ⊥ — ‖ ∪∪— ‖ ∪ ⏓∪ | ∪ — |	Catull. Senec.	Cat. Carm. 61.
	47	⏓⏓— | ∪ — | ∪ ⊥ — ‖ ⏓⏓— ‖ ∪ — | ∪ ⊥ ⏓	Senec.	Med. 852—864.
Log. Asynart. cum ὀνίϑεσ.	48	—∪∪ | — ⏓ | — ⏓ ‖ ∪∪— | ⏓— ‖ ⏓	Senec.	Agam. 601. 852.
	49	— ∪∪ | — ∪∪ | × ∧ ‖ ⏓ — | ∪ — ‖ ⏓ — | ∪ — |	Horat.	Horat. Epod. 11, 2.
	50	⏓ — | ∪ — | ⏓ — | ∪ — ‖ — ∪∪ ‖ — ∪∪ | ×	Horat.	Horat. Epod. 13, 2.
Dip. iambicae c. Ant.	51	⏓⏓— | ∪ — | ⏓ — | ∪ — | ∪ — ‖ — ∪ |	Virg. Cat. Mart.	Mart. Epigr. I, 66.